CAROLI LINNÆI

ARCHIATRI REGII; MED. ET BOT. PROF. REG. UPS.
HORT. ACAD. PRÆFECT.

HORTUS UPSALIENSIS,

Exhibens

PLANTAS EXOTICAS,

HORTO

UPSALIENSIS ACADEMIÆ

A SESE ILLATAS,

Ab anno 1742, *in annum* 1748,

ADDITIS

DIFFERENTIIS, SYNONYMIS,
HABITATIONIBUS, HOSPITIIS,
RARIORUMQUE DESCRIPTIONIBUS,

IN GRATIAM

Studioſæ juventutis,

VOL. I.

STOCKHOLMIÆ

Sumtu & literis LAURENTII SALVII

1748.

SERENISSIMO PRINCIPI,
DOMINO
ADOLPHO FRIDERICO
D. G. ELECTO
SVEC. GOTHOR. VANDALORUMQVE
PRINCIPI HEREDITARIO;
&c. &c. &c.
NORVEGIÆ HEREDI;
DUCI SLESVICI, HOLSATIÆ,
&c. &c. &c.
Domino Clementiſſimo.

QVam primum ſerenus ille Titan, novo vere ſeptentrioni redditus, directioribus radiis ſuis ſeminaria noſtra refovet, hæc reviviſcunt actutum, virent florentque.

)o(Cum

Cum Seminariis non incommode conferuntur Academiæ: Quoties Principes Auguſti, illarum Tutores, Docentium lucubrationes ſereno vultu adſpiciunt, toties his animus & novæ vires adduntur. Ita demum ſperati proveniunt fructus, ſcientiarum utpote incrementa.

Ex quo S:RA REG. CELSITUDO *veſtra, clementiſſime ſuſcepto* CANCELLARII *ad noſtram hanc Academiam munere, Auguſto præſidio ſuo nos beare & mira indies gratia laborantibus nobis addere ſtimulos dignata fuit, næ! nos ex votis, immo vero ultra vota, feliciſſimum ducimus ævum. O! nos nimium fortunatos, quibus Moderatore Sapientiſſimo Principe, quo nihil mitius, juſtius itidem graviusque nihil vidit Orbis, artium noſtrarum ſtudiis ſvaviter indulgere licitum eſt.*

Itaque eo pium me gaudium impulit, ut primitias agri, quem colo, ſacras eſſe velim noſtro huic Apollini, qui meis frugibus vigorem floremque vere dedit & dabit olim, quod devotiſſimus ſpero, maturitatem.

Ego vera æterna ſanctiſſime polliceor obſequia, futurus ad cineres

SACRÆ REGIÆ CELSITUDINI TUÆ

Subjectiſſimus fideliſſimus ſervus.

C. LINNÆUS.

PRÆFATIO.

HORTI UPSALIENSIS prima fundamenta anno 1675 jecit OLAUS RUDBECKIUS *Pater*, a quo tres *Catalogi* (a) *plantarum exoticarum* & *indigenarum* exhibiti ſunt.

Hic idem Hortus ſolo æquatus fuit funeſto incendio Upſalienſi 1702 ſub præfectura OLAI RUDBECKII Filii, a quo tempore fere incultus jacuit ad annum usque 1741.

Demum anno 1742 *INSTAURATUS* impenſis Academiæ ex unanimi conſenſu Senatus Academici, approbante Illuſtriſſimo tum Cancellario C. GYLLENBORG, *ICONA* exhibente D. Barone C. HÅRLEMAN, Architecturæ primario Præfecto Regio, viro in iſta arte ſine pari. Hujus Horti cum alibi habetur hiſtoria (b) heic eandem prætérimus.

MEÆ eodem anno commiſſus curæ vix quinquaginta exoticas includebat plantas; verum amicitia, quam mihi colere licuit cum Botanicis præſtantiſſimis totius Europæ, factum ut undique mihi ſemina miſſa fuerint, quorum licet non pauca longo itinere effeta, multa tamen etiam fecunda plantas hujus Horti dedere. Sic debeo plantas

(a) RUDBECKII OLAI.
Catalogus plantarum Horti Academici Upſalienſis *Upſal. 1658. duod. latine. pag. 43.*
Auctarium Horti Upſalienſis Academiæ. *Upſal. 1666. duod. latine. pag. 22.*
Hortus Botanicus. *Upſal. 1685. oct. lat-ſvec. pag. 120.*

(b) *HORTUS UPSALIENSIS* in Diſſert. Academica propoſitus a S. *Nauclero*; ſub præſidio noſtro. Upſal. 1745. quart. cum figuris.

INDICAS B. Juſſiæo inſtar omnium, Royeno.

EXOTICAS Hallero, Gleditſchio, Ludvigio, Breynio, Wagnero, Bergero, Barrerio.

SIBIRICAS Ammanno, Gmelino, Bielkio.

VIRGINICAS Gronovio, Collinſono, Catesbæo, Lawſono.

MONSPELIENSES Sauwageſio.

ITALICAS Rathgebio.

ANNUAS Dillenio, A. Geſnero, quos cum gratiarum actione heic nomino, ut alios taceam. Adeoque plantas haſce omnes, abſque ullis impenſis Academiæ, ipſe mihi comparavi omnes.

HESPERIDES dein placuit Clementiſſimæ noſtræ *Principi Hereditariæ, S:ræ Reg. Celſitudini* LUDOVICÆ ULRICÆ communicare; cujus clementiſſimum exemplum ſecuti Comes C. F. *Piper* Regiæ Cameræ Præſes, Comes *Törnflycht* & Dominus *C. De Geer* Cubicularii Regii, & ſic Hortus Lauris, Citris, Aurantiis, Malis Sinenſibus inſtructus eſt.

DIFFICULTATES tamen non paucæ, quas reliqui Botanici in ſuis ignorant Hortis, mihi ſeſe obecere; mihi certandum eſt cum Hieme intenſe frigida, eaque longiſſima, Æſtate vero breviſſima, cum Hortus hic inter Academicos omnes maxime Borealis (c) ſit, & Situs ejus maxime depreſſus & aquiloni nimis expoſitus, ut taceam defectum Hortorum curioſorum intra patriam, e quibus exoticas plantas mutuari licuerit.

CLI-

(c) Latitudo Upſal. 59 gr. 51½ min.

CLIMA noſtrum plerumque ſeſe ita habet:

Majus radices vivificat primis ſuis diebus, non tamen admittit plantarum ex Hibernaculis eductionem ante XIII diem, cum *Quercus* (d) fronde ſcit & gelidæ jam noctes ceſſarunt.

Junius æſtatem gratiſſimam & Botanicis negotiis aptiſſimam præbet.

Julius æſtu (e) et ſiti premit, ſed breve gaudium.

Auguſtus ſeminum maturitatem feſtinat, quo finito vix Hordeum in agris matureſcit amplius.

September gelidas noctes reducit & pruinas, foliaque arborum pallida reddit.

October arbores foliis ſpoliat & foſſas imbribus replet.

November glaciem & Nives reducit.

December aquas ſolida Glacie veſtit, Terram nivibus, cœlumque nebulis.

Januarius intenſiſſimum hiemale Frigus (f) adducit, cœlo nebuloſo plerumque mœſtus.

Februarius radiis ſolaribus parietes calefacere incipit.

Martius glaciem nivesque ſolvit, aquas & campos denudat, noctes tamen gelidas alit.

Aprilis ultimi dies, diſciſſa hyeme, primum terræ ſubactionem ſeminumque ſationem admittunt.

(d) QUERCUS frondes exſerebat *menſe majo 1741 die 22, 1742-13; 1743-6; 1744-8; 1745-12; 1746-11; 1747-9.*

(e) Calor ſummus *1747.* $\frac{VII}{2}$ *hora* $3\frac{1}{4}$ *poſt merid. 30 gr. ſupra punctum congelationis.*

(f) Frigus ſummum *1740* $\frac{I}{21}$ *nocte gr. 28 infra punct. congelationis,* ubi punctum congelationis 0; calor aquæ coquentis 100.

(g) Sub dio vix ſemina matureſcunt *Scorzonera 3; Centaurea* 8; *Cicer 1; Chenopodium 2; Scabioſa 2, 4.*

MATURESCUNT in Horto noſtro ANNUÆ Plantæ *regionum ſeptentrionalium* feliciter ſatis brevi æſtate, at *Europæ Auſtralioris* Narbonæ, Hiſpaniæ, Italiæ pulchre quidem florent, ſed difficulter ſub dio ſemina perficiunt (g). *Indicæ* autem ſub dio ne florem quidem promunt (h). Plus itaque ingenii, artis & laboris heic requirunt Floræ ſacra, quam ullibi locorum. Felices vos, Auſtrales Botanici, quibus hæc ſub mitiori cœlo peragere conceſſum eſt.

Animus fuiſſet quidem per plures adhuc annos Plantas colligere, antequam Hortum noſtrum publicæ exponerem luci; dum autem quotannis vidi, quanto cum incommodo Floræ alumni, ſub demonſtrationibus Botanicis, calamis nomina exipiant, eorum deſiderio ſatisfacere meum putavi.

VARIETATES in hoc opuſculo data opera pleraſque omiſi, ne creſceret in molem. Multas plantas omiſi, quarum Flores non dum prodiere, ne quando dubias ſpecies proponerem.

GENERA eadem aſſumſimus, quæ antea a nobis data fuere in Generibus plantarum, nec mutavimus ulla, præterquam *Allium*, in quo *Illuſtrem Hallerum* ſecuti ſumus.

SYNONYMA vulgatiſſima aſſumſi uti *C. Bauhini* ob Pinacem, *Camerarii*, *Dodonæi*, *Cluſii*, *Lobelii* propter Icones; *Royeni*, *Gronovi*, *Juſſiæi*, *Halleri* ob differentias ſpecificas. HA-

(h) Sub dio non florent *Sigesbeckia 1*, *Commelina 1*, *Acalypha 1*, *Melothria 1*.

(i) *Act. Stockholm. 1739, pag. 1.*

HABITATIONES ſpecierum ſpontaneas ſ. Loca earum Natalia adjeci, uti Fundamentum unicum idque genuinum Horticulturæ, quod alibi (i) propoſui.

HOSPITIUM quod plantæ in Horto occuparunt addidi, ut videant exteri, quænam noſtrum patiantur clima, utque noſtrates ſciant, quæ plantæ facile, quæque difficilius coli in ſuis Hortis posſint.

OBSERVATIONES ſtudioſe evitavi, ne creſceret opuſculum; futurum opinor brevitate ſua ſtudioſis gratiſſimum. *Deſcriptiones* tamen breviſſimas rariorum plantarum interdum adjeci, præſertim in Sibiricis plantis, quas propediem inſequentibus voluminibus illuſtrabit egregius inventor *Gmelinus.*

SVECICAS plantas, quæ non culinares, quamquam, exceptis Lapponicis, fere omnes introduxi in Hortum, excluſi in hoc opere, utpote quas ante in *Flora Svecica* dedi.

Si ita Deo T. O. viſum fuerit, ut tres mei pridem diſcipuli, qui meo ſuaſu & Mæcenatum indultu remotiſſimas orbis plagas inviſunt (k), Salvi patriæ reddantur, plures plantas in noſtrum Hortum olim introducendas, certo auguramur.

Dabam ex Muſeo Horti Upſalienſis 1748. d. 26 aprilis.

AU-

(k) *TERNSTRÖM Chriſtoph.* Theologus, *CHINAM 1745* adiit. *KALM Petr.* Profeſſ. Aböenſis, in *CANADAM 1747* iter ſuſcepit. *HASSELQUIST Frid.* Med. ſtud. *TERRAM SANCTAM* aditurus, in procinctu eſt.

AUCTORES.

SYNONYMA primaria e *C. Bauhini pinace* petenda.

ICONES Europæarum plantarum apud *Camerarium*, *Cluſium*, *Lobelium*, *Dodonæum* evolvendæ.

DESCRIPTIONES vulgarium dederunt *Cluſius*, *J. Bauhinus*, *Moriſonus*, *Rajus*, in Hiſtoriis.

VARIETATES copioſiſſimas collegit *Tournefortius*.

DIFFERENTIÆ Specierum habentur apud *Gronovium*, *Royenum*, *Hallerum*.

SIBIRICAS et ſeptentrionales pulchre habet *Gmelinus*.

ALPINAS optime collegit & propoſuit *Hallerus*.

OBSERVATIONES collegit *Vaillantius* & (in ſynopſi) *Rajus*.

AFRICANÆ plantæ apud *Hermannum*, *Rajum*, *Bumannum* inquirendæ.

ASIATICÆ apud *Rheede*, *Plukenetium*, *Rajum* (in ſupplemento) indagandæ.

AMERICANAS ſeptentrionales *Claytonus* cum *Gronovio*, Auſtraliores *Marcgrave*, *Plumier*, *Sloane* indagarunt.

CLAS-

CLASSIS I.

MONANDRIA
MONOGYNIA.

CANNA.

1. CANNA foliis ovatis utrinque acuminatis nervoſis. *Roy. lugdb.* 11. *Fl. zeyl.* 1.
Canna ſpathulis bifloris. *Hort. cliff.* 1.
Canna indica. *Cluſ. hiſt.* 81. *Sloan. flor.* 181. *hiſt.* 1. *p.* 253.
Arundo indica latifolia. *Bauh. pin.* 19.
β. Cannacorus ampliſſimo folio, flore rutilo. *Tournef. inſt.* 367.
Habitat in *Aſia*, *Africa*, *America*.
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis.

2. CANNA foliis lanceolatis petiolatis enerviis. *Roy. lugdb.* 11. *Vir. cliff.* 104.
Cannoides. *Hort. cliff.* 488.
Cann-Acorus glaucophyllus, ampliore flore iridis paluſtris facie. *Dill. elth.* 69. *t.* 59. *f.* 69.
Habitat in *America*.
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis, vix florens.

AMOMUM.

1. AMOMUM ſcapo nudo, ſpica ovata. *Hort. cliff.* 3. *Fl. zeyl.* 3.
Zingiber, anguſtiore folio, fœmina, utriusque indiæ alumna. *Pluk. alm.* 317.
Zingiber. *Bauh. pin.* 35. *theatr.* 651.
Inſchi. *Rhed. mal.* 11. *p.* 21. *t.* 12.
Pharm: Zingiberis Radix; *Condita.*
Svecis Ingfæra
Habitat in *utraqve India* calidiore.
Hoſpitatur in *Caldario* & *Vaporario* perennis, ſterilis.

2. AMOMUM ſcapo nudo, ſpica oblonga obtuſa. *Hort. cliff.* 3. *Fl. zeyl.* 2.

Zingiber latifolium ſylveſtre. *Herm. lugdb.* 636.
Kua. *Rhed. mal.* 11. *p.* 13. *t.* 7.
Habitat in *Malabaria, Zeylona.*
Hoſpitatur in *Caldario* & *Vaporario*, perennis, ſterilis.

COSTUS.

1. COSTUS. *Hort. cliff.* 2. *Fl. zeyl.* 5.
Coſtus arabicus. *Bauh. pin.* 36.
Arundo indica latifolia braſilienſis, ſqvammato capite. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 251. *ſ.* 8. *t.* 14. *f.* 8.
Anonyma *Merian. ſurin.* 36. *t.* 36.
Tſiana Kua. *Rhed. mal.* 11. *p.* 15. *t.* 8.
Pharmac. COSTI DULCIS & ARABICI Radix.
Habitat in *Braſilia, Surinamo, Malabaria. Zeylona.*
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis, ſterilis,

KÆMPFERIA.

1. KÆMPFERIA foliis ovatis ſeſſilibus. *Fl. zeyl.* 8.
Kæmpferia. *Hort. cliff.* 2. *t.* 1.
Orchis ab ortiva bifolia. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 218. *f.* 3.
Wanhom. *Kæmpf. amoen.* 901. *t.* 902.
Katſjula-Kelengu. *Rhed. mal.* 11. *p.* 81. *t.* 41.
Pharm. GALANGÆ MAJORIS & MINORIS Radix.
Habitat in *Zeylona, Malabaria, Philippinis.*
Hoſpitatur in *Caldario* & *Vaporario*, perennis, florens absque fructu.

BOERHAVIA.

1. BOERHAVIA diffuſa. *Fl. Zeyl.* 10.
Boerhavia foliis ovatis. *Hort. cliff.* 17.
Antoniſophyllum ſolanifolium majus. *Vaill. act.* 1722. *p.* 258.
Talu dama. *Rhed. mal.* 7. *p.* 105. *t.* 56.
Habitat in *Indiis orientali.*
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis fructificans.
Obſ. Stamen *huic unicum eſt, nec tria, uti conſtitit nuperis obſervatis.*

DIGYNIA.

CORISPERMUM.

1. CORISPERMUM floribus lateralibus.
Coriſpermum foliis alternis: *Hort. cliff.* 3. *It. gotl.* 316.

Cori-

Coriſpermum hyſſopifolium. *Juſſ. act.* 1712. *p.* 244. *t.* 10.

Rhagroſtis ſemine paſtinacæ. *Buxb. cent.* 3. *p.* 30. *t.* 55.

Habitat in *Tartariæ* arenoſis circa *Wolgam.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

Obſ. *Flos infimus ſtamina quatuor, ſecundus tria, tertius duo, reliqui unum habent.*

2. CORISPERMUM ſpicis ſquarroſis.

Coriſpermum glabrum majus, longiſſimis foliis. *Amm. ruth.* 158.

Rhagroſtis foliis arundinaceis. *Buxb. cent.* 3. *p.* 30. *t.* 55.

Habitat in *Tartaria* ad *Wolgæ* ripam, inque deſertis *Caſſakorum.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

Obſ. Radix *annua. Omnia præcedentis, ſed duplo major, magis procumbens.* Caulis *in hac glaber, in præcedente vero parum ſcaber cum villoſitate quadam.* Folia *duplo majora & robuſtiora,* Ramorum *apices magis imbricati foliis, hinc quaſi ſpicati. Sed an hic ſufficienter a præcedenti diſtincta ſpecies?*

BLITUM.

1. BLITUM capitellis ſpicatis terminalibus.

Blitum foliis triangularibus dentatis. *Hort. cliff.* 28.

Blitum foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis ſummis nudis. *Virid. cliff.* 1.

Chenopodio-Morus major. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 91.

Chenopodio-Morus foliis pene integris. *Hall. gött.* 6.

Morocarpus major. *Rupp. jen.* 2. *p.* 271.

Spinachia baccifera. *Ald. farneſ.* 85.

Atriplex baccifera. *Raj. hiſt.* 197.

Habitat in *Comitatu Tyrolenſi.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

2. BLITUM capitellis ſparſis lateralibus.

Blitum foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis ſummis folioſis. *Hort. cliff.* 495.

Blitum fragiferum maximum polyſpermum. *Amm. ruth.* 166.

Chenopodio-Morus foliis argute dentatis. *Hall. gött.* 6.

Atriplex ſylveſtris baccifera. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 135.

Atriplex ſylveſtris, mori fructu. *Bauh. pin.* 119.

Habitat in *Tartaria* & *Hiſpania.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

CLASSIS. II.

DIANDRIA

MONOGYNIA.

NYCTANTHES.

1. NYCTANTHES foliis inferioribus cordatis obtuſis, ſuperioribus ovatis acutis.

Nyctanthes caule volubili, foliis ſubovatis acutis. *Hort. cliff.* 5. *Fl. zeyl.* 12.

Jaſminum arabicum, foliis limonii conjugatis, flore albo duplici odoratiſſimo. *Angl. hort. t.* 27.

Jaſminum ſ. Sambac arabum, folio acuminato, flore ſtellato majore albo odoratiſſimo, vulgo Mugarino. *Till. piſ.* 87. *t.* 31.

Sambac arabicum ſ. Gelſeminum arabicum. *Alp. ægypt.* 39. *t.* 39. *Raj. hiſt.* 1600.

Sambac arabum ſ. Jaſminum arabicum aut Syringa arabica. *Cluſ. cur.* 3. *t.* 3.

Habitat in *India orientali*, *Malabaria.*

Hoſpitatur in *Caldario*, frutex florens, vix fructum maturans, ſempervirens.

Deſcr. Frutex *bipedalis.* Caulis *griſeus*, *rimoſus.* Rami *oppoſiti*, *virides*, *tere-*
tes, *vix piloſi*, *interdum volubiles*, *ſæpe non.* Folia *prima*, *quæ vere erum-*
punt, *cordata ſunt*, *obtuſa*, & *fere emarginata*; *inſequentia*, *æſtate*, *ovata*,
acuta, *omnia nuda*, *petiolata*, *venoſa*, *integerrima*, *utrinque glabra*, *ad*
vaſorum ramificationes ſubtus ſæpe villis notata. Petioli *incurvi* & *quaſi*
geniculum in medio formantes, *hinc cadunt folia juxta baſin folii*, *re ma-*
nente petiolo rigidiuſculo (*fere ut in Volkameria*) *unde rami aſperi*, *quam-*
vis vix ſpinam mentiantur. Racemus *ramos terminans*, *erectus*, *ex tri-*
bus, *novem vel quinque floribus oppoſitis*, *pedunculatis.* Perianthium *mo-*
nophyllum, *octo dentatum*, *dentibus ſubulatis*, *aucuminatis*, *canubiculatis*,
longis. Corollæ tubus *cylindraceus*, *longitudine calycis.* Limbus *horizon-*
talis, *octo partibus*: *lobis ovatis*, *concavis*, *longitudine tubi.* Stamina
breviſſima, *in medio tubi hærentia.* Germen *ſubrotundum*, ſtylus *filifor-*
mis, *brevis.* Stigma *craſſiuſculum*, *apice bifido.* Odor *florum Lilii con-*
valli vel citri, *noctu gratiſſimus.* Ex his oleum Jaſmini *primario præpara-*
tum fuit.

JASMINUM.

1. JASMINUM foliis oppoſitis pinnatis. *Hort. cliff.* 5.
Jaſminum vulgatius, flore albo. *Bauh. pin.* 397.
Jaſminum. *Dod. pempt.* 409.
Pharmac. JASMINI Oleum.
Svecis Sierſmin.

Habitat in *India orientali.*
Hoſpitatur in *Frigidario* & *Tepidario*, frutex, florens.

2. JASMINUM foliis alternis ternatis pinnatisque, ramis teretibus.
Jaſminum foliis alternis ternatis obtuſis. *Hort. cliff.* 5.
Jaſminum indicum flavum odoratiſſimum. *Ferr. cult.* 393.
Habitat - - - -
Hoſpitatur in *Tepidario*, frutex florens, ſempervirens.
Deſcr. Caulis Frutex *altus, rami rubicundi, ramuli teretes, niſi quod ſtria utrinque a petiolo deſcendat.* Folia *ternata (aut in medio ramulorum pinnata ſeptem foliis) foliolis ovatis, vix acuminatis, glabris, juxta petiolum a latere interiore deliqueſcentibus, petiolo in medio rubro.*

3. JASMINUM foliis alternis ternatis pinnatisque, ramis angulatis.
Jaſminum foliis alternis ternatis acuminatis. *Hort. cliff.* 6.
Jaſminum humile luteum. *Bauh. pin.* 397.
Jaſminum ſ. Gelſeminum luteum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 102.
Habitat. - - - - - - - -
Hoſpitatur in *Frigidario*, Frutex, florens, ſempervirens.
Deſcr. Frutex *parvus:* rami *virides, glabri, flexiles, parum angulati.* Folia *ternata (in medio ramorum pinnata ex ſeptem foliis) foliola lateralia ovalia ſ. ovata, terminali duplo majore, ovato, acuminato, baſi etiam ſæpe acuto.*

4. JASMINUM foliis alternis ternatis ſimplicibusque, ramis angulatis. *Hort. cliff.* 5.
Jaſminum luteum vulgo dictum bacciferum. *Bauh. pin.* 398.
Jaſminum fruticans. *Dod. pempt.* 571.
Habitat in *Neapolitanis* & *Monſpelienſibus* ſepibus.
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex, florens.

PHILLYREA.

1. PHILLYREA foliis lanceolatis ſubintegerrimis.

Phillyrea foliis ovato lanceolatis vix crenatis. *Hort. cliff.* 4.
Phillyrea liguſtri folio. *Bauh. pin.* 476.
Phillyrea 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 52.
β. Phillyrea foliis lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff.* 4.
Phillyrea anguſtifolia prima. *Bauh. pin.* 476.
Phillyrea 4. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 52.
γ. Phillyrea anguſtifolia ſecunda. *Bauh. pin.* 476.
Phillyrea 5. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 52.
Habitat in glareoſis ſaxoſis rupibus *Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbor florens, ſempervirens

2. PHILLYREA foliis cordato-ovatis. *Hort. cliff.* 4.
Phillyrea latifolia ſpinoſa. *Bauh. pin.* 476.
Phillyrea folio ilicis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 541.
Phillyrea 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 51.
β. Phillyrea folio leviter ſerrato. *Bauh. pin.* 476.
Phillyrea 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 52.
Habitat in *Hetruria, Luſitania.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, florens, ſempervirens.
Obſ. *Valde affinis præcedenti, licet folia diverſa.*

SYRINGA.

1. SYRINGA foliis ovato cordatis. *Hort. cliff.* 6.
Syringa cærulea. *Bauh. pin.* 398.
Lilac. *Tournef. inſt.* 601.
Calobotrychis. *Renealm. ſpec.* 31. *t.* 30.
β. Lilac flore albo. *Tournef. inſt.* 601.
Habitat in *Oriente.*
Hoſpitatur freqvens in *hortis*, *ſub dio*, arbuſcula fructificans, ſepes majores conſtituens, cicur.

2. SYRINGA foliis lanceolatis integris. *Hort. cliff.* 6.
Syringa perſica foliis integris. *Herm. lugdb.* 586.
Lilac liguſtri folio. *Tournef. inſt.* 602.
Agem Lilac perſarum. *Corn. can.* 190.
Habitat in *Perſia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, rarius in Frigidario, frutex, florens, ſepes minores conſtituens.

3. SYRINGA foliis lanceolatis integris laciniatisque. *Hort. cliff.* 6.
Liguſtrum foliis laciniatis. *Bauh. pin.* 476.

Lilac

Lilac laciniato folio. *Tourneſ. inſt.* 602.
Agem lilac perſarum, inciſo folio. *Corn. canad.* 188.
Habitat in *Perſia.*
Hoſpitatur in *Frigidario.* † Frutex.
Obſ. *Forte antecedentis ſola varietas.*

V E R O N I C A.

1. VERONICA ſpicis terminalibus, foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis acuminatis.
Veronica ſpicata longifolia altera. *Amm. ruth.* 26.
β. Veronica ſpicata, urticæ folio. *Amm. ruth.* 26.
Habitat in *Tataria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis fructificans.
Obſ. Radix *perennis.* Caules *erecti, glabri, bipedales, ex una eãdemque radice numeroſiſſimi. Convenit ſtatura cum* Veronica foliis ternis (*Fl. Sv. 6.*) *ſed differt foliis latioribus oppoſitis : an itaque* Veronicæ 1, erectioris latifoliæ. *Cluſ. hiſt. 1. p. 346. varietas.*

2. VERONICA ſpicis terminalibus, foliis oppoſitis crenatis obtuſis, caule erecto tomentoſo.
Veronica ſpicata lanuginoſa & incana, floribus cæruleis. *Amm. ruth.* 21. *n.* 30.
Habitat ubique per *Ucraniam & Samaram.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Deſcr. Radix *paucorum annorum.* Caules *erecti, vix pedales, teretes, tomentoſi, albi.* Folia *lanceolato-oblonga* (*liguſtri*), *crenata, ſubtus albo tomento, ſupra viridia, vix manifeſte tomentoſa, obtuſa, petiolis breviſſimis, pollicem transverſum longa.* Spica *unica erecta rare, calyces albo-tomentoſi, corollæ cæruleæ. Hæc in cultis deponit albedinem tomenti, minusque tomentoſa fit, & argutius ſerrata, magisque ramoſa, & ad* Veronicam *ſpicatam ſecundam* Floræ Svec. 7. *proprius accedens; forte itaque* Veronicæ 2. erectioris anguſtifoliæ 2. *Cluſ. hiſt. 1. p. 346. varietas.*

3. VERONICA ſpicis terminalibus, foliis ternis æqualiter ſerratis.
Habitat in *Siberia.*
Hoſpitatur *ſub dio* perennis.
Obſ. *Differt a* Veronica foliis ternis *Fl. Svec. 6. quod hæc ſemper folia terna promit, nec ſæpius quatuor uti marittima. Quod folia glabra, nec ſubtus tomentoſa, quod Serraturæ foliorum æquales & ſimpliciter ſerratæ, nec inæquales & duplicato ſerratæ. Quod ſerraturæ acutæ, nec acuminatæ, ut in marittima. Quod caulis duplo craſſior, inferne omnino glaber, nec ut in illa tomentoſus.*

J U S T I C I A.

1. JUSTICIA. arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis perſiſtentibus, corollarum galea concava. *Fl. zeyl.* 16.

Juſticia foliis ovato-lanceolatis, ſpicis folioſis, florum galea concava. *Hort. cliff.* 9.

Adhatoda zeylanenſium. *Pluk. alm.* 9 *t.* 173. *f.* 3. *Herm. lugdb.* 642. *t.* 643. *Tournef. inſt.* 175.

Habitat in *Zeylona.*

Hoſpitatur in *Caldario*, *Tepidario* & *Frigidario*, arbuſcula, raro florens, ſempervirens.

V E R B E N A.

2. VERBENA, tetrandra ſpicis faſciculatis, foliis lanceolatis amplexicaulibus.

Verbena foliis lanceolatis, floribus congeſtis faſtigiatis. *Hort. cliff.* 11.

Verbena bonarienſis altiſſima, lavendulæ canarienſis ſpica multiplici. *Dill. elth.* 406. *t.* 300. *f.* 387.

Habitat in agro *Bonarienſi.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis, fructificans.

Obſ. *Caulis erectus dorſis lateribus oppoſitis excavato-canaliculati.* Folia *dentata, rugoſa.* Fructo maturo *cadunt calyces cum incluſis ſeminibus.*

3. VERBENA tedrandra, ſpicis filiformibus, foliis multifido-lacinitis, caulibus numeroſis.

Verbena humilior foliis inciſis. *Clayt. virg.* 8.

Verbena urticæ folio, canadenſis, foliis inciſis, flore majore. *Tournef. inſt.* 200. *Hall. gött.* 174.

Habitat in *Luſitania.*

Hoſpitatur, *ſub dio* perennis, fructificans.

Obſ. *Differt a* Verbena communi. *Fl. Su.* 26. *quod hæc duplo major, ex eadem radice plures ramos fert, & radice perenni gaudet, cum vulgaris annua ſit.* Verbena luſitanica latifolia procerior *Tournef.* 200. *eſt biennis alias pro eadem haberem.*

4. VERBENA tetrandra, ſpicis longis acuminatis, foliis haſtatis.

Verbena foliis lanceolatis ſerratis, ſpicibus filiformibus paniculatis. *Roy. lugdb.* 327.

Verbena americana altiſſima, ſpica multiplici, urticæ foliis anguſtis, floribus cæruleis. *Raj. app.* 286. *Herm. parad.* 242. *t.* 242.

Verbena americana urticæ foliis anguſtioribus, flore cæruleo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 418.

β. Verbena americana altiſſima, urticæ foliis anguſtis, ſpicis brevioribus, floribus purpureis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 186.

Habi

Habitat in *Canada.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

5. VERBENA tetrandra ſpicis filiformibus paniculatis, foliis indiviſis ſerratis petiolatis.

Verbena foliis ovatis, caule erecto, ſpicis filiformibus paniculatis. *Hort. cliff.* 11. *Gron. virg.* 7. *Roy. lugdb.* 327.

Verbena, urticæ folio, canadenſis. *Raj. hiſt.* 536. *Zan. hiſt.* 203.

Verbena recta canadenſis, ſ. virginiana maxima, urticæ foliis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 418. *ſ.* 11. *t.* 25. *f.* 3.

Verbena peregrina, foliis urticæ. *Dod. pempt.* 125.

Verbena lamii folio. *Barr. rar.* 30. *t.* 1146.

Habitat in *Virginia*, *Canada.*
Hoſpitatur, *ſub dio*, perennis.
Obſ. *Omnes gaudent ſtaminibus quatuor, nec ex his quatuor ſpeciebus ulla diandra eſt, ideoque ad Didynomiæ claſſem amandaretur genus: niſi repugnarent plures aliæ diandræ: nec genus naturale lubenter lacerarem.*

AMETHYSTEA.

1. AMETHYSTEA.

Amethyſtina montana erecta, foliis exiguis digitatis trifidis-ſerratis, floſculis cum coma e cæruleo janthinis. *Amm ruth.* 44. *Hall. act. upſ.* 1742. *p.* 51.

Habitat in montoſis *Siberiæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, fructificans.

ZIZIPHORA.

1. ZIZIPHORA foliis lanceolatis, floribus lateralibus. *Roy lugdb.* 313.

Ziziphora foliis lanceolatis, floribus ex alis. *Hort. cliff.* 305.

Acinos ſyriaca, folio mucronato, capſulis hirſutis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 404. *ſ.* 11. *t.* 19. *f.* 3, *Raj. app.* 300.

Clinopodium orientale hirſutum, foliis inferioribus ocymum, ſuperioribus hyſſopum referentibus, *Tournef. cor.* 12.

β. Acinos ſyriaca, tenuiore folio, capſulis hirſutis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 404. *ſ.* 11. *t.* 19. *f.* 4. *Raj. app.* 300.

Habitat in *Syria & Media.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, fructificans.

SALVIA.

1\. SALVIA foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus acutis. *Hort. cliff.* 12.

Salvia major. *Bauh. pin.* 232.

Salvia. *Cam. epil.* 475.

β. Salvia major, foliis ex luteo & viridi variegatis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 166.

Pharmac. SALVIÆ Herba, *Aqua*, *Spiritus*, *Oleum.* Flores, Semina.

Svecis Salvia. Tyſk Salvia.

Habitat in *Gallia Narbonenſi* & *Italia.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, raro *ſub dio*, hymenes ferens, perennis.

* SALVIA foliis ovatis inciſo-crenatis, verticillis ſubnudis. *Fl. Sv.* 28. flore albo.

Habitat in *Germania*, rarius in *Svecia.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

Obſ. Radix *vivax.* Folia *cordato-oblonga*, *repando crenata*, *ſumma ſeſſilia.* Galea *corollæ falcata.* Corollæ *albo colore variantes.* Stylus *corolla longior*, *galea veſtitus.*

3\. SALVIA foliis ſimplicibus dentato-pinnatis rugoſis verrucoſis. *Hort cliff.* 13.

Horminum rugoſo verrucoſoque folio, cornu cervi exprimente. *Pluk. alm.* 186. *t.* 194. *f.* 5. *Herm. parad.* 186. *f.* 186.

Horminum ceratophyllum rugoſum, flore ſulphureo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 293. *ſ.* 11. *t.* 13. *f.* 6.

Sclarea rugoſo verrucoſoque folio laciniato. *Tournef. inſt.* 180.

Habitat in *Perſia.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis fructificans.

Obſ. *Tota planta lanata* & *folia valde rugoſa*, *hinc affinis ſequenti.*

4\. SALVIA foliis rugoſis oblongo-cordatis: floralibus calyce longioribus. *Hort. cliff.* 12.

Horminum Sclarea dictum. *Bauh. pin.* 234.

Orvala. *Dod. pempt.* 292.

Pharmac. SCLAREA (GALLITRICHI) Herba.

Habitat in *Syria.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis, fructificans.

5\. SALVIA foliis haſtato-triangularibus oblongis crenulatis obtuſis.

Sclarea folio triangulari, caule tomentoſo. *Tournef. inſt.* 180.

Hor-

Horminum haſtatis amplioribus foliis ſ. ari modo alatis caulibus & pediculis araneoſa lanugine villoſis, ex inſula gomorra. *Pluk. alm.* 185. *t.* 301. *f.* 2. *bona.*

Horminium canarienſe tomentoſum, haſtato folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 394. *ſ.* 11. *t.* 13. *f.* 17.

Habitat in *Canariis.*

Hoſpitatur in *Tepidario*, fruteſcens, fructificans, ſempervirens.

Obſ. Caulis *lana araneoſa molli tectus, quod ſingulare; Hæcque præcipue in tepidario fit; uti idem ſit in* Marrubio *vulgari &* Marrubiis *reliquis in Caldario calido loco poſitis, an itaque avertat lana calorem?* Frutex *eſt.*

6. SALVIA foliis cordata-ſagittatis ſerratis acutis. *Hort. cliff.* 13.

Horminum luteum glutinoſum. *Baub. pin.* 238.

Horminum ſylveſtre ſecundum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 29.

Orvala tertia. *Dod. pempt.* 292.

Habitat in *Germania, Italia*, locis lutoſis ad ſcaturigines.

Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

7. SALVIA foliis cordatis crenato dentatis, verticillis ſubnudis, ſtylis corollæ labio inferiori incumbentibus.

Salvia foliis cordato ſagittatis dentatis. *Hort. cliff.* 495.

Horminum ſylveſtre 3. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 29.

Habitat in *Hungaria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

Deſcr. Folia *cordata, obtuſiuſcula, petiolata, petiolis interdum duobus foliolis minimis ovatis lyrata.* Verticilli *nudi, corollis lavendulæ parvis, galea ovata,* ſtylo *corolla longiore, labio inferiori corollæ incumbente, ſeu deflexo.*

8. SALVIA foliis ovatis oblongis obtuſis æqualiter crenatis, corolla galea ſemiorbiculata.

Hominum coma viridi. *Tournef. inſt.* 178.

Habitat - - - -

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Deſcr. Radix *annua.* Caules *erecti, herbacei, virides, parum piloſi.* Folia *ovato-oblonga, æqualiter crenata: crenis rotundatis, obtuſa, venoſa, inferiora longis petiolis, ſuperiora ſeſſilia.* Folia floralia *ſumma cordata. integerrima.* Verticilli *vix conſtant pluribus quam tribus utrinque floribus ad alas foliorum. Galea* corollæ *ſemi orbiculata, integerrima nec emarginata, Labium inferius integerrimum emarginatum. dentes laterales prominuli, acuti. faux alba* Piſtillum *incurvum, vix prominens.*

ROSMARINUS.

1. ROSMARINUS. *Hort. cliff.* 14.

Roſmarinus hortenſis, anguſtiore folio. *Baub. pin.* 217.

Pharmac. ROSMARINI Herba, *Aqua, Oleum*, Semina, ANTHOS Flores *conſerva, Spiritus.*

Sve-

Svecis Roſmarin.
Habitat in *Hiſpania*, *Narbona*, *Gallilæa*. &c.
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex, florens, ſempervirens.

MONARDA.

1. MONARDA capitulis ſeterminalibus, caule obtuſe angulato.
Monarda floribus capitatis, caule obtuſo. *Virid. cliff.* 3.
Monarda floribus capitatis, caule obtuſo. *Hort. cliff.* 11. 495.
Origanum fiſtuloſum canadenſe. *Corn. can.* 13. *t.* 14.
Clinopodium canadenſe majus hirſutum, floribus fiſtuloſis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 374. *ſ.* 11. *t.* 8. *f.* 2.
Habitat in *Canada*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, florens, perennis.

2. MONARDA floribus verticillatis, corollis punctatis.
Monarda floribus verticillatis. *Hort. cliff.* 495. *Gron. vig.* 9. *Roy. lugdb.* 313.
Clinopodium virginianum anguſtifolium, floribus amplis luteis purpuro maculatis, cujus caulis ſub quovis verticillo decem vel duodecim foliolis rubentibus eſt cinctus. *Pluk. alm.* 111. *t.* 24. *f.* 1.
Habitat in *Virginia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, inque *frigidario*, tepidario & caldario, ſed prima hyeme plerumque perit.
Obſ. Flores *punctis obſcuris glandulоſis adſperſi*; Folia *fragrantiſſima ſunt*.

DIGYNIA.

BUFFONIA.

1. BUFFONIA. *Diſſ. nov. ſen.* 3.
Alſine polygonides tenuifolia, floſculis ad longitudinem caulis velut in ſpicam diſpoſitis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 346.
Polygonum, anguſtiſſimo gramineo folio, erectum. *Magn. monſp.* 211.
Polygono anguſtiſſimo folio affinis. *Bauh. pin.* 281. *Raj. ſuppl.* 131.
Habitat in *Anglia*, *Monſpelii*.
Hoſpitatur in *Apricario*, annua, †

CLAS-

CLASSIS. III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

VALERIANA.

1. VALERIANA floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indiviſis.
   Valeriana foliis infimis integris, proximis laciniatis, caulinis pinnatis. *Hort cliff.* 16.
   Valeriana hortenſis. *Bauh.pin.* 164.
   Valeriana major. *Lob. hiſt.* 44.
   Pharmac. VALERIANÆ MAJORIS (PHU) Radix, Herba.
   Habitat in *Alſatia.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, fructificans,

2. VALERIANA floribus tetrandris æqualibus, foliis pinnatifidis, ſeminibus palea ovali adnatis.
   Valeriana lutea humilis. *Amm. ruth.* 18. *n.* 25. *tab.* 3.
   Habitat in *Siberiæ* campis.
   Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.
   Obſ. Semina *nuda abſque pappo, affixa paleæ ovali, perpendicnlari, laterali, majori.*

3. VALERIANA floribus diandris ringentibus, foliis ovatis-ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 15.

4. Valeriana foliis ovatis ſeſſilibus, floribus diandris ringentibus, tubo ſquammas calycinas multoties exſuparante. *Moerh. E. N. C.* 1742. *p.* 302.
   Valeriana cornucopioides mauritanica, flore purpureo longiore. *Walth. hort*, 2. *p.* 169.
   Valeriana indica. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 54.
   Valeriana peregrina purpurea albave. *Bauh. pin.* 164. *prodr.* 87.
   Pſeudo-Valeriana cornucopioides annua purpurea, ſemine ſolido. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 104. *ſ.* 7. *t.* 16. *f.* 27.

ß Vale-

β. Valeriana foliis ovatis ſeſſilibus, floribus diandris ringentibus, tubo ſquammas calycinas parum exſuperante, *Moerh. E. N. C*, 1742. *p.* 302.
Habitat in arvis *Americæ*, *Siciliæ*, *Hiſpaniæ*, *Mauritaniæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. VALERIANA floribus monandris, foliis pinnatifidis.
Valeriana foliis pinnato-laciniatis, floribus diandris. *Hort. cliff.* 16.
Valeriana foliis calcitrapæ. *Bauh. pin.* 164.
Valeriana annua ſeu æſtiva. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 54.
β. Valeriana ſylveſtris, foliis tenuiſſime diviſis. *Bauh. pin.* 165.
Habitat in *Luſatia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

5. VALERIANA floribus monandris caudatis, foliis lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff.* 15.
Valeriana rubra. *Bauh. pin.* 165.
Phu peregrinum. *Cam. epit.* 24.
Ocymaſtrum valerianthon. *Lob. ic.* 241.
Habitat in muris ruderatis *Normanniæ*, *Helvetiæ*, *Italiæ*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

* VALERIANA floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus. *Fl. Sv.* 32.
β. Valerianella arvenſis præcox humilis, foliis ſerratis. *Tournef. inſt.* 132.
Phu minimum alterum. *Lob. ic.* 717.
γ. Valerianella caule dichotomo, foliis oblongis plerumque ſerratis, ſeminis corona tridentata. *Hal. helv.* 666.
Locuſta major. *Riv. mon.* 8.
Habitat in *Europa*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur, oleracea.

CNEORUM.

1. CNEORUM. *Hort. cliff.* 18.
Chamælea tricoccos. *Bauh. pin.* 462. *hiſt.* 1. *p.* 87.
Chamælea. *Dod. pempt.* 363. *Cam. epit.* 973.

Ha-

Habitat in glareoſis ſiccis fervidis *Hiſpaniæ*, *Narbonæ*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex.

TAMARINDUS.

1. TAMARINDUS. *Hort. cliff.* 18. *Flor. zeyl.* 14. *Tournef. act.* 1699. *p.* 69.

Siliqua arabica, quæ Tamarindus. *Baub. pin.* 403.
Balam. pulli. *Rhed. mal.* 1. *p.* 39. *t.* 23.
Pharmac: TAMARINDI Fructus, Pulpa.
Habitat in regionibus fervidis *Arabiæ* & *utriusque Indiæ*.
Hoſpitatur in *Caldario*, arbor, †.

MELOTHRIA.

1. MELOTHRIA. *Hort. cliff.* 490. *deſcr.* *Gron. virg.* 10.
Bryonia candadenſis, folio angulato, fructu nigro. *Tournef. inſt.* 102.
Cucumis minima, fructu ovali nigro lævi. *Sloan. flor.* 103. *hiſt.* 1. *p.* 227. *t.* 142. *f.* 1.
Cucumis parva repens virginiana, fructu minimo. *Pluk. alm.* 123. *t.* 85. *f.* 5.
Habitat in in *Canada*, *Virginia*, *Jamaica*.
Hoſpitatur in *Caldario*, ſæpe e parietibus pendula, annua luxurians.

CROCUS.

1. CROCUS floribus fructui impoſitis, tubo longiſſimo. *Roy. lugdb.* 41.
Crocus vernus latifolius flavus. *Bauh. pin.* 66.

β. Crocus vernus latifolius purpureo-violaceus. *Bauh. pin.* 66.

γ. Crocus autumnalis ſativus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 335. *ſ.* 4. *t.* 2. *f.* 1.
Crocus ſativus. *Bauh. pin.* 65.
Crocum. *Cam. epit.* 33.
Pharmac. CROCI BRITANNICI Pulvis, *Tinctura*, *Extractum*.
Svecis Saffran.
Habitat in alpibus *Helvetiæ*, *Traciæ*, *Luſitaniæ*, *Pyrenæorum*.

Ho-

Hoſpitatur *ſub dio*, florens, Bulboſa.
Obſ. Folia ſingulari modo linea membranacea longitudinaliter exarantur.

IXIA.

1. IXIA foliis enſiformibus, floribus remotis.
Habitat in *China*
Hoſpitatur in *Frigidario*, *Caldario*, *Tepidario*, *perennis*.
Obſ *Facies* Ireos; Flores *lutei*, *maculis fulvis*; hanc debemus amiciſſimo D. Gmelino.

GLADIOLUS.

1. GLADIOLUS foliis enſiformibus. *Hort. cliff.* 20.
Gladiolus floribus unoverſu diſpoſitis. *Bauh. pin.* 41. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 16. *f.* 3.
Gladiolus. *Riv. mon.* 163.
Habitat in pratis *Monſpeli*, *Italiæ*, *Tartariæ*.
Hoſpitatut *ſub dio*, bulboſa.

ANTHOLYZA.

1. ANTHOLYZA.
Gladiolo æthiopico ſimilis, planta anguſtifolia, caule hirſuto, flore rubicundiſſimo. *Comm. hort.* 1. *p.* 81. *t.* 41. *Rudb. elyſ* 2. *p.* 237. *f.* 15.
Gladiolus floribus rictum referentibus coccineis, ſuprema lacinia erecta & fiſtuloſa. *Breyn. ic.* 21, *t.* 8.
Habitat in *Æthiopia.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, bulboſa.

IRIS.

1. IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore multifloro. *Hort. cliff.* 18.
Iris vulgaris violacea ſ. purpurea hortenſis & ſylveſtris. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 708.
Iris hortenſis latifolia. *Bauh pin.* 31.
Pharm. IRIS NOSTRATIS Radix, *Fæculæ.*
Habitat in clivoſis *Germaniæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. Germen *teres*, *ſubrotundum.*

2. IRIS collis barbatis, caule longitudine foliorum multifloro. *Roy. lugdb.* 17.
Iris corollis barbatis, foliis altitudine caulis multiflori. *Hort. cliff.* 19.

Iris

Iris latifolia pannonica, colore multiplici. *Bauh. pin.* 31.

Iris lutea, foliis florum repandis variegatis. *Bauh. hiſt.* p. 720.

Habitat in *Hungaria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

3. IRIS corollis barbatis, caule foliis breviore multifloro.

Iris corollis barbatis, foliis caulem multiflorum ſuperantibus. *Hort. clif.* 19.

Iris humilis major ſaturate purpurea biflora. *Tournef. inſt.* 361.

ChamæIris major ſaturate purpurea. *Bauh. pin.* 33.

Chamæ-Iris latifolia biflora. *Beſt. eyſt. vern.* 14.

Habitat in rupibus maritimis *Luſitaniæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.
Obſ. *Bis in anno floret;* Caulus *communiter tres flores profert.*

4. IRIS corollis imberbibus, fructu trigono; caule tereti foliis linearibus. *Hort. cliff.* 19. *Gmel. Sibir.* 1. *p.* 28. *Hall. helv.* 280.

Iris pratenſis anguſtifolia non fœtida altior. *Bauh. pin.* 32. *theatr.* 597.

Iris anguſtifolia 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 227.

Habitat in pratis *Auſtriæ*, *Hungariæ*, *Sibiriæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

5. IRIS corollis imberbibus, fructuſexangulari, caule tereti, foliis ſublinearibus. *Hort. cliff.* 19.

Iris pratenſis anguſtifolia, folio fœtido. *Bauh. pin.* 32.

Iris anguſtifolia 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 228.

Habitat in pratis *Germaniæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

6. IRIS corollis imberbibus, fructu hexagono, caule ancipiti, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 19.

Iris anguſtifolia prunum redolens minor. *Bauh. pin.* 33.

Iris anguſtifolia 6. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 330.

Habitat ad radices montium *Viennæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

7. IRIS corollis imberbibus, foliis ſubulato canaliculatis caule brevioribus.

Iris foliis margine conniventibus, corollis imberbibus. *Hort. cliff.* 20.

Iris bulboſa cæruleo-violacea. *Bauh. pin.* 40.

Xiphium cæruleo-violaceum. *Tournef. inſt.* 364.

Habitat in *Hiſpania.*

Hoſpitatur *ſub dio*, tecta hyeme, bulboſa.

COMMELINA.

1. COMMELINA corollis inæqualibus, foliis ovato-lanceolatis, caule procumbente glabro, petalis duobus majoribus. *Hort. cliff.* 21.

Commelina procumbens annua, ſaponariæ folio. *Dill. elth.* 93. *t.* 79. *f.* 89.

Ephemerum phalangoides dipetalon africanum annuum, flore dipetalo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 606. *ſ.* 25. *t.* 2. *f.* 3.

Habitat in agris humidis *Æthiopiæ*, *Braſiliæ*, *Jamaicæ.*

Hoſpitatur in *Caldario*, annua, luxurians; ſub dio non florens.

2. COMMELINA corollis inæqualibus, foliis ovato-lanceolatis, caule erecto ſcabro.

Commelina foliis ovato-lanceolatis, caule erectiuſculo ſcabro, petalis duobus majoribus. *Hort. cliff.* 495. *Gron. virg.* 11.

Commelina erecta, ampliore ſubcæruleo flore. *Dill. elth.* 94. *t.* 77. *f.* 88.

Habitat in *Virginia.*

Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis.

Obſ. *Lana griſea ad vaginæ foliorum margines.*

3. COMMELINA corollis æqualibus, foliis ovato-lanceolatis ſubciliatis:

Commelina foliis ovato-lanceolatis, petalis tribus majoribus æqualibus. *Hort. cliff.* 21.

Commelina radice anacampſerotidis. *Dill. elth.* 49. *t.* 79. *f.* 90.

Ephemerum phalangoides mexicanum ſurrectum, radice palmata. *Pluk. phyt.* 174. *f.* 4.

Habitat in *Mexico.*

Hoſpitatur in *Caldario*, perennis, fructificans.

CYPE-

CYPERUS.

1. CYPERUS ſerotinus odoratus, radice longa, paniculis ex locuſtis latis ferrugineis compactis. *Mont. gram.* 12. *t.* 1. *f.* 2.
   Gramen cyperoides aquaticum majus, panicula cyperi longi ex craſſioribus glumis compacta, at brevioribus petiolis donata. *Triumf. obſ.* 64. *Raj. ſuppl.* 626. *Mich. gen.* 45. *Scheuch. gram.* 380.
   Habitat *Bononiæ*, *Florentiæ* in paludoſis.
   Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis, nondum adulta.

DIGYNIA.

SACCHARUM.

1. SACCHARUM. *Hort. cliff.* 26.
   Arundo ſacchariſera. *Bauh. pin.* 18. *Sloan. flor.* 31. *hiſt.* 1. *p.* 108. *t.* 66. *f. bona.*
   Pharm. SACCHARUM varium, *Syrupus.*
   Svecis Såcker-Rőr.
   Habitat in *utraque India*, locis per hyemem inundatis.
   Hoſpitatur in *Caldario*, perennis, ſterilis, ſempervirens.

PHALARIS.

1. PHALARIS panicula ſubovata ſpiciformi, glumis carinatis.
   Phalaris radice annua. *Hort. cliff.* 23.
   Phalaris major, ſemine albo. *Bauh. pin.* 28. *Scheuch. gram.* 52. *Cam. epit.* 661.
   Pharm. CANARIENSE Semen.
   Svecis Canarie-Frö.
   Habitat in *Hetruria*, *Hiſpania*, *Narbona*, *Fortunatis.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

PANICUM.

1. PANICUM ſpica compoſita, ariſtis floſculo brevioribus. *Vir. cliff.* 7.
   Panicum italicum ſ. panicula majore. *Bauh. pin.* 27. *theatr.* 519.

Panicum vulgare. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 215.
Habitat in *utraque India.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annuum.

2. PANICUM panicula laxa flaccida, foliorum vaginis pubeſcentibus. *Hort. cliff.* 27.
Milium ſemine luteo & albo. *Bauh. pin.* 26. *theatr.* 502.
Milium noſtras. *Dalech. hiſt.* 409.
Svecis Hirs.
Habitat in *India.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annuum, ſæpius maturans ſemina.

MELICA.

1. MELICA petalis imberbibus, panicula ramoſiſſima.
Melica floſculis glabris: ſummo urceolari, *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 98. *t.* 20.
Gramen avenaceum, panicula heteromalla, locuſtis ampliſſimis. *Amm. ruth.* 171. *n.* 246.
Habitat in *Sibiria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

LAGURUS.

1. LAGURUS ſpica ovata. *Hort. cliff.* 25.
Alopecurus. *Dod. pempt.* 541.
Gramen alopecuroides, ſpica rotundiore. *Bauh. pin.* 4. *theatr.* 56.
Habitat in *Helvetia*, *Italia*, *Gallia*, *Sicilia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

BRIZA.

1. BRIZA ſpiculis ovatis, floſculis ſeptendecim.
Gramen tremulum maximum. *Bauh. pin.* 2. *theat.* 54. *prodr.* 5. *t.* 5. *Scheuch. gram.* 202.
Habitat in montibus *Italiæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, †.

AVENA.

1. AVENA calycibus diſpermis, ſeminibus lævibus. *Hort. cliff.* 25.
α. Avena nigra. *Bauh. pin.* 23.
Avena. *Dod. pempt.*
β. Avena vulgaris & alba. *Bauh. pin.* 23, *theatr.* 469.
Svecis Hvithafra.

Phar-

Pharmac. Avena excorticata.
Svecis Hafre.
Habitat. - - -
Hoſpitatur ubique in *agris* pro Equis, annua.

TRITICUM.

1. TRITICUM radice annua, glumis ventricoſis glabris imbricatis ariſtatis.
Triticum radice annua, ſpica glabra ariſta. *Hort. cliff.* 24.
Triticum æſtivum. *Bauh. pin.* 21.
Triticum trimeſtre. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 1. *f.* 10.
Svecis Sommar-hvete.
Habitat - - -
Hoſpitatur rarius in *agris*, annua aut biennis.

2. TRITICUM radice annua, glumis ventricoſis lævibus imbricatis ſubmuticis.
Triticum radice annua, ſpica mutica. *Hort. cliff.* 24.
Triticum hybernum ariſtis carens. *Bauh. pin.* 21. *theatr.* 352.
Siligo ſpica mutica. *Lob. hiſt.* 14.
Pharmac. Amylum, *Pulvis cyprius.*
Svecis Winter-hwete.
Habitat - - -
Hoſpitatur in *Agris* biennis.

3. TRITICUM radice annua, glumis ventricoſis villoſis imbricatis obtuſis.
Triticum radice annua, glumis villoſis. *Hort. cliff.* 24.
Triticum ſpica villoſa quadrata breviore & turgidiore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 176. *ſ.* 8. *t.* 1. *f.* 14.
Svecis Kubb-hwete.
Habitat - - -
Hoſpitatur rarius in *agris* per ſe, ſed ſæpius præcedenti mixtum occurrit, biennis.

4. TRITICUM calycibus truncatis quadrifloris, floſculis ariſtatis hermaphroditis: intermedio neutro.
Zea dicoccos vel Zea major. *Bauh. pin.* 22. *theatr.* 412. *t.* 413.
Zea ſ. Spelta. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 412. *Raj. hiſt.* 1242.
Svecis Spelt.

Habitat - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.
Obſ. *Glumas non facile deponit.*

SECALE.

1. SECALE glumarum ciliis ſcabris.
α. Secale hybernum vel majus. *Baub. pin.* 22. *theatr.* 425.
Rogga ſ. Secale. *Dod. pempt.* 499.
Svecis Winter-Råg.
β. Secale vernum ſ. minus. *Baub. pin.* 23.
Svecis Wår-Råg.
Habitat - - -
Hoſpitatur α in agris *Sveciæ*, *Scaniæ*, biennis; β. vero in *Gothiæ* pleriſque agris, annua.

ELYMUS.

1 ELYMUS ariſtis ſpicula longioribus.
Hordeum floſculis omnibus hermaphroditis, involucris floſculos craſſitie & longitudine ſuperantibus. *Gron virg.* 13.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*,
Obſ. Involucrum *tetraphyllum ſ. duo* calyces *eidem ſpicæ denticulo, juxta ſe invicem, impoſiti.*

2. ELYMUS ſpica flacido-pendula.
Triticum radice perenni, ſpiculis binis longiſſime ariſtatis. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 123. *t.* 28.
Habitat in *Sibiria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Deſcr. Radix *minus repens*, Culmus *bipedalis*. Folia *arundinacea, viridia, ſed molliora, utrinque retrorſum ſcabra.* Spica *Spithamæa, ſed culmo inter ſpiculas compreſſo, & fere membranaceo, hinc erecta ſtare neqit, ſed laxe nutat. Spicæ ſtructura convenit cum* Secale ſpiculis geminatis. *Fl. Sv.* 106. *quod ſingulo denti culmi ſpiculas duas juxta ſe invicem poſitas gerit. quarum calyx ſingulus conſtat foliolis duobus ſpicula brevioribus ariſtatis, adeoque ſingulo denticulo culmi, quatuor foliola calycina inſident.* Spiculæ *ariſtatæ calyce longiores ſunt.* Facies Tritici *radice repente. Fl. Sv.* 105.
Obſ. *Elymus* gaudet calyce tetraphyllo, qui continet duas ſpiculas, juxta ſe impoſitas eidem denticulo ſpicæ; in *Hordeo* calycis gluma hexaphylla eſt, & tres floſculos continet; in *Secale* vero diphylla eſt.

HORDEUM

1. HORDEUM floſculis omnibus hermaphroditis, ſeminibus corticatis.

Hor-

Hordeum polyſtichum vernum. *Bauh. pin.* 22. *theatr.* 439.
Hordeum. *Dod. pempt.* 501.
Pharm. CEREVISIA (Pryſſing) dantiſcana.
Svecis Korn. *Gothis* Biugg.
Habitat - - -
Hoſpitatur ubique in *agris*, annuum.

2. HORDEUM floſculis omnibus hermaphroditis, ſeminibus decorticatis.
Svecis Himmels-korn.
Habitat - - -
Hoſpitatur rarius in *Agris*, annuum.

3. HORDEUM floſculis omnibus hermaphroditis, ſeminibus ſexfariam æqualiter poſitis.
Svecis Kågel-korn.
Habitat - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, annuum, minus frequens.

4. HORDEUM floſculis lateralibus maſculis mutuis; angularibus imbricatis.
Hordeum diſtichum. *Bauh. pin.* 23. *theatr.* 440. *Dod. pemt.* 501.
Svecis Gumring, Gumrik.
Habitat - - -
Hoſpitatur præſertim in *Oelandiæ* & *Gottlandiæ* agris, annuum.

5. HORDEUM floſculis lateralibus maſculis muticis, angularibus horizontalibus.
Hordeum diſtichum, ſpica breviore & latiore, granis confertis. *Raj. hiſt.* 1243.
Zeocryton ſ. Oryza germanica. *Bauh. pin.* 22.
Svecis Skyffel-korn.
Habitat - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, annuum, rarius.

TRIGYNIA

ALSINE.

1. ALSINE foliis ſubcordatis, ſtipulis utrinque quaternis.

Alſine americana, nummulariæ folio. *Herm. parad.* 11. *t.* 11. *Pluk. alm.* 21. *t.* 75. *f.* 7? *Raj. app.* 499.

Habitat in Jamaica, Surinama, Noveboraco.
Hoſpitatur in tepidario, annua, repens, †.

MOLLUGO.

1. MOLLUGO foliis verticillatis cuneiformibus acutis, caule ſubdiviſo decumbente, pedunculis unifloris.

Mollugo foliis ſæpius ſeptenis lanceolatis. *Gron. virg* 14.

Alſine-ſpergula mariana, latiori folio, floribus ad nodos pediculis curtis circa caulem inſidentibus, calycibus eleganter punctatis. *Pluk. mant.* 9. *t.* 332. *f.* 5.

Habitat in *Virginia* & *Terra Mariana.*
Hoſpitatur in *caldario*, annua.

Deſcr. Radix *annua.* Caulis *multiplex, dichotomus terræ appreſſus, articulatus: articulis teretibus ſubſtriatis, nudis baſi nodoſis & craſſis, incarnatisque.* Folia *ad genicula quinque* (*interdum ſeptem*) *lanceolata, ſuperne latiora ſeu cuneiformia, acuminata, in petiolos deſinentia integerrima, glabra, ſubramoſa, longitudinaliter excavata, verticillatim poſita.* Pedunculi *quinque vel ſeptem, capillares, folio breviores, nudi, ſimpliciſſimi, uniflori.* Calyces *oblongi, pentaphylli, externe virides, interne albi, perſiſtentes, glabri.* Stamina *tria* & Piſtilla *tria alba.* Capſula *trivalvis*, Semina *ruffa, ſtriata.*

TILLEA.

1. TILLEA erecta.

Sedum anuum minimum ſtellatum rubrum. *Magn. monſp.* 228. *t.* 229.

Habitat *Monſpelii* inter muſcos in luco Gramuntii.
Hoſpitatur in apricario, annua †.

Deſcr. Planta *minima, erecta, annua.* Rami *pauci, erectiuſculi.* Folia *ovata, oblongo-teretia, apice hemiſphærico, baſi ſoluta verſatilia, alterna.* Flores *ex alis foliorum ſolitarii, ſeſſiles, adeoque minime corymboſi.* Calyx *quadrifidus*, Petala *quatuor, Cranius* 3. *ſ.* 5. 9. *minima, exalbida.* Piſtilla *totidem patentia, rubra.* Stamina - - - *Hinc inter* Tilleam, Craſſulam & Sedum *quaſi intermedia.*

✲ ✲ ✲
✲ ✲
✲

CLAS-

CLASSIS. IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

CEPHALANTHUS.

1. CEPHALANTHUS foliis oppoſitis ternatisque. *Gron. virg.* 15.

Cephalanthus foliis ternis. *Hort. cliff.* 73.

Platanocephalus tini foliis ex adverſo ternis. *Vaill. act.* 1722. *p.* 259.

Scabioſa dendroides americana, ternis foliis circa caulem ambientibus, floribus ochroleucis. *Pluk. alm.* 336. *t.* 77. *f.* 4.

Valerianoides americana, flore globoſo, piſhaminis folio. *Pet. cent.* 28. *n.* 293.

Habitat in *america ſeptentrionali.*
Hoſpitatur in *Hybernaculo vario*, arbor.

DIPSACUS.

1. DIPSACUS foliis connato-perfoliatis.

Dipſacus capitulis florum conicis. *Hort. cliff.* 29.

Dipſacus ſylveſtris aut Virga paſtoris major. *Bauh. pin.* 385.

Dipſacus ſylveſtris. *Dod. pemt.* 735.

β. Dipſacus ſativus. *Bauh. pin.* 385. *Dod. pemt.* 735.

γ. Dipſacus folio laciniato. *Bauh. pin.* 385. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 158. *ſ.* 7. *t.* 36. *f.* 4.

Dipſacus ſylveſtris, laciniato folio. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 75.

Svecis Kardor.

Habitat in *Anglia*, *Gallia*, *Italia*, at γ in *Alſatia* & circa *Azow.*
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis, cicur

Obſ. *Varietas* γ convenit in omnibus fructificationis partibus cum hac ſpecie *et* β, *exceptis foliorum baſibus coadunatis ſeu perfoliatis, adeoque ſpecie non diſtinguo, licet varietas inſignis.*

2. DIPSACUS foliis petiolatis appendiculatis.

Dipſacus capitulis florum ſubgloboſis. *Hort. cliff.* 30.

Dipſacus ſylveſtris, capitulo minore ſ. Virga paſtoris minor. *Bauh. pin.* 385.
Dipſacus tertius. *Dod. pempt.* 735.
Succiſa hirſuta, lapathi folio, flore albo. *Vaill. act.* 1722. *p.* 238.
Habitat in *Anglia*, Gallia.
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.

SCABIOSA.

1. SCABIOSA corollulis quadrifidis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis ſerratis. *Hort. cliff.* 30.
Scabioſa alpina, foliis centauriimajoris. *Bauh. pin.* 270.
Scabioſa alpina centauroides. *Beſl. eyſt. æſt.* 122.
Succiſa foliis pinnatis: pinnis ſerratis, capitulis hiſpidis congeſtis. *Hall. helv* 672.
Habitat in Alpibus *Helveticis*, *Italicis*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

2. SCABIOSA corollulis quadrifidis calyce brevioribus, foliis radicalibus lyratis, caulinis pinnatis. *Roy. lugdb.* 189.
Scabioſa altiſſima annua, foliis agrimoniæ nonnihil ſimilibus. *Herm. lugdb.* 539. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 46. *ſ.* 6. *t.* 13. *f.* 13.
Habitat in *Tranſylvania Hungariæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, vix ſemina maturans †.
Deſcr. Folia *fere antecedentis, ſed minora.* Caulis *humanæ altitudinis, anguſtiſſimus:* Folia *radicum pinnatifida, laciniis extrorſum obtuſe ſerta;* Folia ſuperiora *pinnata impari lanceolato, integerrimo, lateralibus linearibus.* Capitula *parva paleis rigidis mucronatis;* floſculi *parvi, pallidi, antheris cæruleis.*

3. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis diſſectis, receptaculis florum ſubulatis. *Hort. cliff.* 31.
Scabioſa peregrina rubra, capite oblongo. *Bauh. pin.* 270.
Scabioſa 6. indica. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 3.
Habitat in *Indiis*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis diſſectis, receptaculis florum ſubrotundis. *Hort. cliff.* 31.
Scabioſa ſtellata, folio laciniato, major. *Bauh. pin.* 271.

Scabio-

Scabioſa major hiſpanica. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 1.
Habitat in agro *Salmanticenſi Hiſpaniæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. *pulchro gaudet fructu deſcripto in Hort. Cliffort.*

K N A U T I A.

1. KNANUTIA. *Hort. cliff.* 32.
Lychni-ſcabioſa, flore rubro, annua. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 131.
Scabioſa orientalis, caryophylli flore. *Vaill. act.* 1722. *p.* 241.
Habitat in *Oriente.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

A S P E R U L A.

1. ASPERULA foliis ſenis, floribus ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 33.
Aſperula cærulea. *Dod. pempt.* 355.
Aſperula cærulea arvenſis. *Bauh. pin.* 355.
Habitat in agris *Galliæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

C R U C I A N E L L A.

1. CRUCIANELLA erecta, foliis ſenis.
Crucianella foliis linearibus. *Hort. cliff.* 32.
Rubeola anguſtiore folio. *Tournef. inſt.* 140.
Rubia anguſtifolia ſpicata. *Bauh. pin.* 334. *prodr.* 145.
Habitat *Monſpelii.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. Caulis *erectus*, *tetragonus.* Folia *ſex ſ. quinque, erecta, linearia, acuta.*

2. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis.
Crucianella foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 33.
Rubeola latiore folio. *Tournef. inſt.* 130.
Rubia latifolia ſpicata. *Bauh. pin.* 334.
Rubia ſpicata cretica. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 177.
Habitat *Monſpelii* & in *Creta.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. Caulis *diffuſus*, *obſolete quadrangulus.* Folia *quaterna*, *patentia*, *lanceolata.*

G A L I U M.

1. GALIUM foliis pluribus linearibus, pedunculis dichotomis, ſummo caule floriferis. *Roy. lugdb.* 156.

Ga-

Galium ſaxatile, glauco folio. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 172. *t.* 116.

Habitat in *Tartariæ* deſerto nagaico.

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

2. GALIUM foliis ſenis cuneiformi-lanceolatis mucronatis glabris.

Habitat - - -

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Deſcr. CAULES *plurimi adſcendentes, quadrangulì, glabri, lateribus ſulco exarati, longitudine digiti.* Folia *ſex, verticillata, linearia, ſurſum latiuſcula, convexa, ſpinula inermi terminata, glabra, nitida.* Flores *in racemum coarctatum, minimum degeri.* Corollæ *flavæ*, antheris *fulvis*, ſtylo *pallidiore, duplici* ſtigmate *capitato.* Pericarpia *didyma, glabra, nitida, ſupra rufeſcentia, carnoſa, magna.*

A P A R I N E.

1. APARINE foliis ſenis lanceolatis retrorſum aculeatis, fructu glabro.

Aparine foliis crebrioribus & ſemine læviore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 332.

Aparine ſemine læviore. *Rai. hiſt.* 484. *ſyn.* 3. *p.* 225.

Aparine lævis. *Park. theatr.* 567.

Habitat in agris & cultis *Europææ*.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. Caules *diffuſi, ſimiles* Aparine *vulgari, ſed minores.* Folia *ad verticillos ſex, lanceolata, retrorſum aculeata tam ſuperficie, quam angulis; non vero octo folia ut in vulgari;* Semina *glabra ſunt, per maturitatem vix rugoſa.*

R U B I A.

1. RUBIA foliis ſenis. *Hort. cliff.* 35.

Rubia tinctorum ſativa. *Bauh. pin.* 33.

Rubia. *Dod. pempt.* 532.

Pharm. RUBIÆ TINCTORUM Radix, *Tinctura.*

Svecis Krapp.

Habitat *Monſpelii* & in pratis *Danubii.*

Hoſpitatur *ſub dio* & in *Frigidario.*

P L A N T A G O.

1. PLANTAGO caule ramoſo, foliis dentatis, ſpicis nudis.

Pſyllium dioſcoridis vel indicum, foliis crenatis. *Bauh. pin.* 191.

Pharm.

Pharm. PSYLLII Semina, *Mucilago.*
Habitat ut fertur in *India.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſcr. Caules *erecto-diffuſi*, *veſtiti pilis breviſſimis*, *confertis*, *pellucidis*, *gluten ſecernentibus.* Folia *linearia*, *verſus apicem dentata*, *revoluta*, *inferiora oppoſita*, *ſuperiora terna.* Pedunculi *ex alis*, SPICA *ſubovata*, *non cincta foliis longioribus ſed nuda* ; flores *deſtituti bracteis linearibus.*

2. PLANTAGO caule ramoſo, foliis integerrimis, ſpicis folioſis.
Plantago annua, foliis integerrimis, caule ramoſo erecto. *Hort. cliff.* 37.
Pſyllium majus erectum.
Habitat in ſepibus *Italiæ* & *Gallo-provinciæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſcr. Caules *erecti*, *veſtiti pilis inæqualibus*, *albis*, *ſparſis*, *nec gluten ſecernentibus.* Folia *linearia*, *minime dentata*, *baſi lanata*, *ſuperiora terna.* Pedunculi *ex alis ſpica ſubovata*, *baſi cincta foliis quatuor ſpica longioribus inæqualibus.* Flores *deſtituti bracteis ovatis.*

* PLANTAGO foliis ovatis glabris. *Fl. Svec.* 122.
β. Plantago latifolia roſea, floribus quaſi in ſpicam diſpoſitis. *Bauh. pin.* 189.
Plantago roſea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 503.
Habitat in *Europa* paſſim.
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis ſæpius.
Obſ. *Varietas hæc gerit bracteas ſpicæ in folia enatas*, *unde ſpica folioſa evadit.*

EPIMEDIUM

1. EPIMEDIUM. *Hort. cliff.* 37. *Dod. pempt.* 599. *Lob. hiſt.* 176.
Habitat in *Alpibus Euganeis*, *Ligurinis*, *Pontebæ*, locis humentibus, umbroſis.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, florens.

CORNUS.

1. CORNUS umbellis involucrum æquantibus. *Hort. cliff.* 38.
Cornus hortenſis mas. *Bauh. p.* 441.
Cornus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 12.
Habitat in *Miſnia*, *Auſtria.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbor.

2. CORNUS involucro maximo: foliolis obverſe cordatis. *Hort. cliff.* 38. *Gron. virg.* 17.
Cornus mas virginiana, floſculis in corymbum digeſtis, a pe-

a periantho tetrapetalo albo radiatim cinctis. *Pluk. alm.* 20. *Catesb. carol.* 1. *p.* 27. *t.* 27.

Habitat in *Virginia.*

Hoſpitatur in *Tepidario*, arbor.

EVONYMUS.

1. EVONYMUS foliis lato-lanceolatis ſerratis.

Evonymus foliis lanceolatis. *Gron. virg.* 17.

Evonymus virginianus, pyracanthæ foliis, capſula veruccarum inſtar exaſperata rubente. *Pluk. alm.* 139. *t.* 115. *f.* 5.

Habitat in *Virginia.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, arbor †.

Obſ. *Huic* Calyx, corolla, Stamina, loculamenta *fructus, quinquepartita in omnibus floribus.*

PTELEA.

1. PTELEA. *Hort. cliff.* 36. *Gron. virg.* 138.

Frutex virgianus trifolius, ulmi ſamaris, banniſteri. *Pluk. alm.* 159. *Dill. elth.* 147. *t.* 122. *f.* 148.

Habitat in *Virginia.*

Hoſpitatur in *Tepidario*, arbor.

LUDWIGIA.

1. LUDWIGIA capſulis cubicis apice perforatis.

Lyſimachia non papposa, flore luteo majore, ſiliqua caryophylloide minore, ex virginia. *Pluk. alm.* 235. *t.* 203. *f.* 2.

Habitat in aquoſis *Virginiæ.*

Hoſpitatur in *Tepidario* perennis †

Deſcr. Planta *pedalis, facie* Juſſieæ *octandræ.* Caulis *erectus, ramoſus.* Folia *alterna, lanceolata, integerrima.* Flores *laterales, ſolitarii, calyx clauſus, primum lateribus modo dehiſcens, dein apertus, maximus, deciduus.* Petala *ovata, longitudine calycis, lutea, intra calycem.* Stamina *quatuor parva.* Piſtillum *unicum, capitatum.* Germen *tetragonum, angulis membranaceis.* Capſula *calyce brevior, glabra, cubica, ore perforato.* Pedunculi *breves, acuti, foliis duobus oppoſitis.*

AMMANNIA.

1. AMMANNIA foliis ſemiamplixicaulibus. *Hort. cliff.* 344.

Aparines folio anomala, vaſculo ſeminali rotundo, ſemina minutiſſima continente. *Sloan. flor.* 50. *hiſt.* 1. *p.* 44. *t.* 7. *f.* 4. *Raj. ſuppl.* 164.

Habi-

Habitat in locis humentibus *Caribæarum.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

E L Æ A G N U S.

1. ELÆAGNUS foliis lanceolatis. *Roy. lugdb.* 250.
Elæagnus. *Hort. cliff.* 38. *Cam. epit.* 106.
Olea ſylveſtris, folio molli incano. *Bauh. pin.* 473.
Ziziphus cappadocica. *Dod. pempt.* 807.
Habitat in *Bohemia*, *Hiſpania*, *Syria*, *Cappadocia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbor. †

R I V I N A.

1. RIVINA. *Hort. cliff.* 35.
Solanoides americana, circææ foliis caneſcentibus. *Tournef. act.* 1706.
Solanum barbadenſe racemoſum minus tinctorium, circææ foliis mollibus & incanis. *Pluk. alm.* 112. *t.* 112. *f.* 2.
Amaranthus baccifer, circææ foliis. *Comm. hort.* 1. *p.* 127. *t.* 66. *bona.*
Habitat in inſulis *Barbados*, *Jamaicæ*, *Caribæarum.*
Hoſpitatur in *Caldario*, arbor, luxurians, ſempervirens.

D I G Y N I A.

H Y P E C O U M.

1. HYPECOUM ſiliquis arcuatis compreſſis articulatis.
Hypecoum ſiliquis erectis articulatis incurvis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 279.
Hypecoum. *Bauh. pin.* 172. *Dod. pempt.* 449. *Hort. cliff.* 38.
Habitat inter ſegetes *Narbonenſes & Salmanticenſes.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. Planta *terræ incumbit, nec erecta eſt.* Siliquæ *inflectuntur, nec reflectuntur.* Siliqua *dehiſcit articulatim, nec in binas valvulas.*

2. HYPECOUM ſiliquis pendulis teretibus æqualibus.
Hypecoum alterum. *Raj. hiſt.* 1328.
Hypecoum tenuiore folio. *Tournef. inſt.* 230.

Hype-

Hypecoum ſiliquis pendentibus non articulatis bivalvibus incurvis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 280.
Cuminum ſylveſtre ſiliquatum ponæ. *Dalech hiſt.* 698.
Cuminum alterum dioſcoridis ſylveſtre ſiliquoſum. *Lob. ic.* 743.
Habitat non procul *Aquis ſextis.*
Hoſpitatur *ſub dio* annua.
Obſ. Planta *erecta.* Siliquæ *rectæ, deorſum omnino pendulæ, pedunculo rigido affixæ, longitudinaliter bivalves, non articulatæ.*

3. HYPECOUM ſiliquis erectis teretibus toruloſis.
Hypecoum tenuifolium, ſiliquis erectis teretibus. *Amm. ruth.* 58. *t.* 9.
Habitat in *Dauria.*
Hoſpitatur *ſub dio,* annua, †
Obſ. Flos *quadruplo major, quam in reliquis.* Siliquæ *bivalves, erectæ, torulis nodoſæ, neque pendulæ, neque incurvæ.*

TRIGYNIA.

ILEX.

1. ILEX foliis ovatis acutis ſpinoſis. *Hort. cliff.* 40.
Ilex aculeata baccifera, folio ſinuato. *Bauh. pin.* 425.
Aquifolium ſ. Agrifolium. *Lob. hiſt.* 582.
Habitat in umbroſis *Germaniæ, Galliæ, Angliæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbor, ſempervirens.

* * * * * * * * *

CLAS-

CLASSIS. V.

PENTANDRIA

MONOGYNIA.

HELIOTROPIUM.

1. HELIOTROPIUM foliis ovatis integerrimis tomentoſis rugoſis.
Heliotropium foliis ovatis integerrimis, ſpicis conjunctis. *Hort. cliff.* 45.
Heliotropium majus dioſcoridis. *Bauh. pin.* 253.
Heliotropium *Dod. pempt.* 70.
Habitat ad agrorum limites in *Gallo-provincia*, *Italia*, *Sicilia*, *Madera*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua; in *Caldario* luxurians.

2. HELIOTROPIUM foliis lanceolato-linearibus glabris aveniis. *Hort. cliff.* 45.
Heliotropium indicum procumbens glaucophyllon, floribus albis. *Pluk. alm.* 182. *t.* 36. *f.* 3.
Heliotropium maritimum minus, folio glauco, flore albo. *Sloan. flor.* 94. *hiſt.* 1. *p.* 213. *t.* 132. *f.* 3.
Heliotropium curaſſavicum, foliis lini umbilicati. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 452. *ſ.* 14. *t.* 31. *f.* 12.
Habitat in paludoſis maritimis *Jamaicæ*, *Mexicæ*, *Curaſſaviæ*.
Hoſpitatur in *Caldario*, annua, †.

CYNOGLOSSUM.

1. CYNOGLOSSUM ſtaminibus corollam æquantibus.
Cynogloſſa montana maxima frigidarum regionum. *Col ecphr.* 1. *p.* 168. *t.* 170.
Habitat in *Italia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.
Deſc. Radix *biennis, altero anno proferens* caulem *floribus onuſtum et clavatum. Calyces longitudine fere corollæ*, ſtamina *corollæ longitudine vel paulo longiora, cum in reliqvis intra faucem occultentur.* Facies *propria plantæ florentis & fructificantis vulgaris cynogloſſi; non tamen varietas, ſed diſtincta ſpecies eſt.*

2. CYNOGLOSSUM foliis lineari-lanceolatis glabris. *Hort. cliff.* 47.

Cynogloſſum minus album, lini foliis glaucis, ſemine umbilicato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 449. *ſ.* 11. *t.* 30. *f.* 11.
Linum umbilicatum. *Park. theatr.* 1687.
Omphalodes luſitanica, lini foliis. *Tournef. inſt.* 40.
Habitat in *Luſitania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

BORRAGO.

1. BORRAGO foliis omnibus alternis, calycibus patentibus.
Borrago calycibus patentibus. *Hort. cliff.* 44.
Borrago floribus cæruleis. *Tournef. inſt.* 133.
Bugloſſum latifolium, Borrago. *Baub. pin.* 256.
β. Borrago floribus albis. *Tournef. inſt.* 133.
Pharmac. BORRAGINIS Herba, *Syrupus*, *Aqua*, Flores, *Conſerva.*
Svecis Stoffer-blomma.
Habitat nunc paſſim per *Europam*, ſeminibus ex auſtralibus terris delatis.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

2. BORRAGO foliis ramificationum oppoſitis, calycis foliolis ſagittatis.
Borrago calycinis foliis ſagittatis erectis. *Hort. cliff.* 45. *Fl. zeyl.* 71.
Borraginoides anguſtifolia, flore palleſcente cæruleo, *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 188. *t.* 188.
Cynoglosſoides folio caulem amplexante. *Iſnard. act.* 1718. *p.* 325. *t.* 10.
Habitat in *Zeylona.*
Hoſpitatur in *Vaporario*, annua.
Obſ. *Folia oppoſita ad ramificationes caulis, alterna vero ubi flores absqve ramis.*

LYCOPSIS.

1. LYCOPSIS foliis repandis dentatis calloſis, caule decumbente, corollis cernuis.
Lycopſis foliis repando-dentatis. *Hort. cliff.* 44.
Bugloſſum creticum verrucoſum. *Stiſſ. bot.* 57. *t.* 57.
Bugloſſum creticum, cauliculis procumbentibus, flore variegato odorato, echii foliis verucoſis. *Herm. lugdb.* 98.

Bugloſ-

Bugloſſum annuum humile, bullatis foliis, flore cæruleo eleganter variegato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 439. *ſ.* 11. *t.* 26. *f.* 10.

Habitat in *Creta* e rimis muris *Candiæ* urbis, et in *Monte Hymetto* prope *Athenas.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, annua.

2. LYCOPSIS foliis integerrimis, calycibus fructuum inflatispendulis. *Hort. cliff.* 44.

Echioidês flore pullo. *Riv. mon.* 11.

Bugloſſum procumbens annuum, pullo minimo flore, *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 439. *ſ.* 11. *t.* 96. *f.* 11.

Habitat in *Hungaria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. *Pedunculi non ex alis, ſed ſupra alas exeunt ecaule, quod non modo huic, ſed et reliquis aſperifoliis commune.*

ECHIUM.

1. ECHIUM corollis vix calycem excedentibus: margine villoſis.

Echium majus & aſperius flore albo. *Bauh. pin.* 254. *Raj. hiſt.* 498.

Echium flore albo. *Cam. epit.* 738.

Echi altera ſpecies. *Dod. pempt.* 631.

Lycopſis. *Bauh. pin.* 255.

Habitat in *Anglia*, *Italia.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis.

Obſ. *Differt ab Echio vulgari Fl. ſuec.* 158. *foliis pallidioribus, anguſtioribus, lævioribus; racemis minoribus, corollis cinereis ſ. cæruleo-exalbidis vix calyce longioribus.*

2. ECHIUM calycibus fructiferis diſtantibus.

Echium caule ſimplici, foliis caulinis linearibus, floribus ſpicatis ex alis. *Hort. cliff.* 43.

Echium creticum anguſtifolium & latifolium rubrum. *Bauh. pin.* 254.

Echium rubro flore. *Raj. hiſt.* 499.

Habitat in *Syria*, unde ſemina habui.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, †.

Obſ. *Differt caule magis ramoſo, magis folioſo; foliis magis ovatis, corollis maximis rubris.*

CERINTHE.

1. CERINTHE foliis cordatis ſeſſilibus *Hort. cliff.* 48.

Cerinthe flore ex rubro purpuraſcente. *Bauh. pin.* 258.
Cerinthe quorundam major, flore ex rubro purpuraſcente. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 603. *Cluſ. hiſt.* 168.
β. Cerinthe, flavo flore, aſperior. *Bauh. pin.* 258.
Cerinthe quorundam major, flavo flore. *Cluſ. hiſt.* 2, *p.* 167.
Habitat in *Europa* auſtrali.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

MESSERSMIDIA.

1. MESSERSMIDIA.
Arguſia montana. *Amm. ruth.* 38.
Habitat in aridis apricis glareoſis *Dauriæ* ad *Argun*.
Hoſpitatur *ſub dio*, et in *Frigidario*, difficilis.
Deſcr. Caules *pedales*, *ſuperne ramoſi*, *ſubpiloſi*. Folia *lanceolata*, *integra*. Pedunculi *ex alis*, *ad ſummitates caulis corymboſi*, *longitudine foliorum*. Calyces *hirſuti*. *Utrum hæc* Cerinthes ſpecies *ſit nec non*, *de planta adhuc non florente determinare difficile*; *hinc genus dubium propono.*

ANDROSACE.

1. ANDROSACE perianthiis maximis.
Androſace vulgaris latifolio annua. *Tournef. inſt.* 123.
Androſace altera matthioli. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 134.
Androſace altera *Cam. epit.* 639.
Habitat inter ſegetes *Viennæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, †.

PRIMULA.

1. PRIMULA foliis ſerratis glabris. *Virid. cliff.* 12.
Primula foliis ſerratis carnoſis glabris. *Hort. cliff.* 50.
Auricula urſi: ſpecies 1-5. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 302.
Auricula urſi: ſpecies 1-16. *Tournef. inſt.* 121.
Sanicula alpina: ſp. 1-6. *Bauh. pin.* 242.
Habitat in alpibus, *Helveticis*, *Auſtriacis*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, florens, ſempervirens.
Obſ. Varietàtes hujus ſpeciei ſunt ſequentes:

α planta *glabra*, *viridis*, *corollarum laciniis bifidis*, *limbo erecto*, *purpureo*, *fauce flava.*

β planta *ſubfarinacea*, *corollarum laciniis emarginatis*, *limbo plano rubro*, *fauce flava.*

γ planta *farinacea*, *corollarum laciniis integris*, *limbo erecto rubro*, *fauce pallida.*

δ Planta *farinacea*, *corollarum laciniis repandis*, *limbo patente atropurpureo*, *fauce alba*, *medio lutea.*

* PRIMULA foliis denticulatis rugoſis. *Fl. Svec.* 161.

β. Primula veris prolifera, flore purpureo. *Tournef. inſt.* 125.

γ. Primula veris, pallido flore, elatior. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 301.
Verbaſculum pratenſe, vel ſylvaticum inodorum. *Bauh. pin.* 241.

Habitat β in *oriente*, γ paſſim per *Europam auſtraliorem*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, florens.
Obſ. *Singularis eſt varietas* β *quæ calyce gaudet corolliformi.*

LYSIMACHIA.

1. LYSIMACHIA foliis lanceolato-linearibus, ſpicis terminalibus. *Roy. lugdb.* 415.
Lyſimachia foliis lanceolato linearibus, caulem & ramos ſpica ovata terminante. *Hort. cliff.* 51.
Lyſimachia orientalis minor, foliis glaucis annnuentibus, flore purpureo. *Till. piſ.* 106. *t.* 40. *f.* 2.
Lyſimachia orientalis anguſtifolia, flore purpureo. *Tournef. cor.* 7. *Comm. rar.* 93. *t.* 33.
Lyſimachia ſpicata purpurea minor. *Buxb. cent.* 1. *p.* 22. *t.* 33.
Habitat in *Oriente*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis, †,
Deſcr. Radix *biennis*. Caulis *erectus*. Folia *glauca*. Calyces *atro-purpurei*. Corollæ *ſanguineæ*, *erectæ*, *nec patulæ*. *Flores in ſpica ſeſſiles*, *nec ut in* Lyſimachia *Ima Hort. clif. pedunculati*, *cui alias ſimillima planta.*

2. LYSIMACIA calycibus corollam ſuperantibus, caule-erecto ramoſiſſimo. *Roy. lugdb.* 416.
Lyſimachia annua minima, polygoni folio. *Tournef. inſt.* 142.
Paſſerina minor ſaxatilis, quibusdam Chamæ Linum ſtellatum. *Pluk. alm.* 281.
Linum minimum ſtellatum. *Bauh. pin.* 214. *prodr.* 107. *Magn. monſp.* 163. *t.* 162. *Raj. hiſt.* 1076.
Habitat *Monſpelii*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſcr. Radix *annua* Caulis. *digitalis longitudinis*, *erectus*, *tetragonus*, *lateribus oppoſitis concavis*, Folia *oppoſita*, *lanceolata aut ovato-oblonga*, *acuminata*, *integerrima*, *ſeſſilia*. Rami *ex alis inferioribus*. Pedunculi *oppoſiti*, *folio breviores*, *ſolitarii*. Calyx *patens*, *corolla ſextuplo longior*, *foliolis lanceolatis*, *acuminatis*. Corolla *minima*, *alba*, *quinqveſida*, *rotunda-*

ta. Stamina *quinque.* Piſtillum *unum.* Capſula *globoſa, in pedunculo nutante, quinqvevalvis, ſtylo mucronata. Hinc corollæ parvitas novum genus cauſſaret, niſi ejusdem ſtructura receptum agnoſceret.*

ANAGALLIS.

1. ANAGALLIS foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 52.
Anagallis cærulea, foliis binis ternisve ex adverſo naſcentibus. *Bauh. pin.* 252.
Anagallis tenuifolia monelli. *Cluſ. app. alt. fig.*
Habitatio incerta. *Johannes Monellus* 1662 *Gadibus* ſemina *Cluſio* miſit.
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis.

PHLOX.

1. PHLOX foliis lineari-lanceolatis, caule recto, corymbo terminali. *Hort. cliff.* 63. *Gron. virg.* 21.
Lychnidea folio melampyri. *Dill. elth.* 203. *t.* 166. *f.* 202.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis, †.

CONVOLVULUS.

1. CONVOLVULUS calycibus tuberculatis piloſis. *Virid. cliff.* 18. *Gron. virg.* 141.
Convolvulus annuus foliis cordatis rarius trilobis, calyce tuberculato piloſo. *Hort. cliff.* 67.
α. Convolvulus purpureus, folio ſubrotundo. *Bauh. pin.* 295.
Campanula indica. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 165.
β. Convolvulus cærulæus, hederaceo anguloſo folio. *Bauh. pin.* 295. *Dill. elth.* 96. *t.* 80. *f.* 91.
γ. Convolvulus cæruleus, hederaceo folio magis anguloſo. *Dill. elth.* 96. *t.* 80. *f.* 92.
Habitat α in *Syria.* β in *Aſia, Africa, America.* γ in *Æthiopia.*
Hoſpitatur in *Caldario*; α *ſub dio*, ſed difficile maturatur, & primo gelu corrumpibur. β. γ. vero in *Caldario.* annua.

2. CONVOLVULUS foliis lanceolato-ovatis nudis, caule recto, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 68,
Convolvulus peregrinus cæruleus, folio oblongo, *Bauh. pin.* 295. flore triplici colore inſignito. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 17. *ſ.* 1. *t.* 4. *f.* 4.

Habi-

Habitat in *Mauritania*, *Sicilia*, *Luſitania*, *Hiſpania*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

I P O M O E A.

1. IPOMOEA foliis cordatis acuminatis: baſi angulatis, pedunculis multifloris.
   Ipomoea foliis cordatis acuminatis ſubdentatis. *Hort. cliff.* 66.
   Quamoclit americana, folio hederæ, flore coccineo. *Comm. rar.* 21. *t.* 21.
   Convolvulus coccineus, folio anguloſo. *Plum. amer.* 89. *t.* 103.
   Habitat in *Domingo*.
   Hoſpitatur in *Vaporario*, annua, fructificans.

2. IPOMOEA foliis pinnatifidis linearibus, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 60., *Fl. zeyl.* 77.
   Convolvulus pennatus exoticus rarior. *Col. aquat.* 73. *t.* 72.
   Jaſminum millefolii folio. *Baub. pin.* 398.
   Quamoclit ſ. Jaſminum americanum. *Cluſ. poſth.* 9.
   Habitat in *India orientali*.
   Hoſpitatur in *Vaporario*, annua, †

3. IPOMOEA foliis palmatis: lobis ſeptenis lanceolatis integerrimis.
   Convolvulus major heptaphyllus, flore ſulphureo odorato. *Sloan. flor.* 55. *hiſt.* 1. *p.* 152. *t.* 96. *f.* 2. *Raj. ſuppl.* 381.
   Convolvulus americanus, mandiuccæ multifido folio, heptaphyllos, flore albo, fundo purpureo, radice tuberoſa, cortice albo. *Pluk. alm.* 116. *t.* 276. *f.* 5.
   Habitat in *Jamaica*.
   Hoſpitatur in *Vaporario*, perennis, †.
   Deſcr. Radix *perennis*. Caulis *volubilis altiſſimus perennis*. Folia *glabra ſeptifida; lobis diſtantibus, acuminatis; internodiis ſenſim longioribus*. Flores *non vidi*.

4. IPOMOEA foliis digitatis ſupra glabris, caule piloſo.
   Convolvulus americanus pentaphyllus & hexaphyllus major. *Herm. lugdb.* 183. *t.* 185.
   Habitat in *America* meridionali.
   Hoſpitatur in *Caldario*, † *flores non protulit*.

POLEMONIUM.

1. POLEMONIUM calycibus lanatis.

Habitat in *Sibiria*.

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Obſ. *Facies* Polemonii vulgaris, *Fl. Suec. 175. ut facile pro ſola varietate haberetur, ſed* Caulis *minus angulatus, minusque ramoſus, magis pubeſcens,* Corollæ *duplo majores*, Calyces *lanati.* Panicula *minus expanſa.* Folia *ſuperiora longe minora.*

CAMPANULA.

1. CAMPANULA capſulis quinquelocularibus: tectis calycis ſinubus reflexis. *Virid. cliff.* 16.

Campanula calycibus a tergo lamellis quinque notatis. *Hort. cliff.* 64.

Campanula hortenſis, folio & flore oblongo. *Bauh. pin.* 94.

Viola mariana. *Dod. pempt* 163.

Medium. *Cam epit.* 729.

Habitat in ſaxoſis opacis *Germaniæ et Italiæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.

2. CAMPANULA foliis undatis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata.

Campanula foliis radicalibus lanceolato-ovalibus. caule ramoſiſſimo patulo. *Hort. cliff.* 65.

Rapunculus eſculentus. *Bauh. pin.* 92.

Rapunculum. *Dod. pempt.* 165.

Habitat in *Angliа, Gallia, Helvetia;*

Hoſpitatur *ſub dio*, biennis, cicur.

3. CAMPANULA caule ſimplici, foliis cordatis dentatis amplexicaulibus, floribus ſeſſilibus.

Campanula caule ſimpliciſſimo, foliis amplexicaulibus *Hort cliff.* 65.

Campanula pentagonia perfoliata. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 457. *ſ.* 5. *t.* 2. *f.* 23.

Speculum veneris perfoliatum ſ. Viola pentagonia perfoliata. *Raj. hiſt.* 743.

Habitat in *Virginia.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

Obſ. *Flores, qui primi corollâ, ſtaminibus, ſtylo, ſtigmate que* deſtituti, videntur *fructus perficere et ſemina; reliqui et ſeriores flores corolla et ſtaminibus perfectis gaudent. uti idem in* Ruellia *videre eſt.*

4. CAM-

4. CAMPANULA caule ſubdiviſo, foliis oblongis crenatis, calycibus corolla longioribus, capſulis priſmaticis.

Campanula caule ramoſo, foliis ovato oblongis crenatis. *Hort. cliff.* 65.

Campanula calycibus corollam ſuperantibus, capſulis columnaribus. *Vir. cliff.* 17.

Speculum veneris. *Raj. hiſt.* 742.

Habitat inter ſegetes *Galliæ*, *Germaniæ*, *Italiæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

5. CAMPANULA foliis lanceolatis, caulinis acute ſerratis, floribus paniculatis nutantibus.

Campanula urticæ anguſtioribus foliis glabris rigidisque. *Amm. ruth.* 10. *n.* 15.

Campanula urticæ foliis glabra, floribus minoribus pendulis. *Amm. ruth.* 11. *n.* 17.

Campanula rapunculi folio, flore pallide cæruleſcente pendulo. *Gerb. tanais.* 69.

Habitat in campis feris *Tawrow.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Obſ. *Singularis huic nota eſt, quod caulis antequam paniculam proferat, folia promat quaſi in roſam diſpoſita, more* Lilii *ſecundi* β, *cum primum prodeat; dein cum panicula excreſcat, diſperguntur hæc folia per caulem.*

TRACHELIUM.

1. TRACHELIUM.

Trachelium foliis ovatis ſerratis, caule umbella terminato. *Hort. cliff.* 66.

Rapunculus corniculatus valerianoides cæruleus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 465. *ſ.* 5. *t.* 5. *f.* 52.

Cervaria valeranoides cærulea. *Baub. pin.* 95.

Habitat in Umbroſis *Italiæ*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis.

COFFEA.

1. COFFEA. *Hort. cliff.* 59. *deſcr.*

Jaſminum, arabicum, lauri folio, cujus ſemen apud nos Caffe dicitur. *Juſſ. act.* 1713. *p.* 388.

Evonymo ſimilis ægyptiaca, fructu baccis lauri ſimili. *Baub. pin.* 428.

Bon vel Ban. *Pluk. alm.* 69. *t.* 272. *f.* 1.
Bon. *Alp. ægypt.* 36.
Pharm. COFFEÆ Semina, *uſtulata.*
Svecis Coffe-træd.
Habitat in *Arabia felici.*
Hoſpitatur in *Caldario*, Arbor, ſempervirens.

DIERVILLA.

1. DIERVILLA racemis terminalibus.
Diervilla. *Hort. cliff.* 63. *t.* 7. *deſcr.*
Diervilla acadienſis fruticoſa, flore luteo. *Tournef. act.* 1706. *t.* 7. *f.* 1.
Habitat in *America ſeptentrionali*, in *Noveboraco*, *Acadia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex fructificans.

SAMOLUS.

* SAMOLUS. *Fl. Svec.* 165.
β. Samolus africanus, folio rotundiore. *Walth. hort.* 162. *t.* 23.
Habitat in *Syria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, biennis.
Obſ. *Differt a noſtrate, quod triplo major, & ramoſior, foliisque* inſtructa *rotundioribus; eſſe tamen eandem plantam docent ſquamæ ad ſinus limbi corollæ, et nota ſpecialis* pedunculi *ſcilicet* unifolii, *ſeu unico minimo lanceolato foliolio inſtructi.*

LONICERA.

1. LONICERA floribus verticillatis terminalibus ſeſſilibus, foliis ſummis connato-perfoliatis. *Hort. cliff.* 58.
Periclymenum perfoliatum. *Baub. pin.* 302.
Caprifolium italicum. *Dod. pempt.* 411.
Habitat in *Gallia narborenſi* & *Italia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex, vere florens,

* LONICERA floribus capitatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus diſtinctis. *Fl. Sv.* 191. *Hort. cliff.* 58.
β. Caprifolium germanicum, flore rubello, ſerotinum. *Tournef. inſt.* 608. *Hort. angl. t.* 7.
Habitat forte in *Germania.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex, autumno florens.
Deſcr. Caulis *volubilis, purpureus, hyeme maxima parte marceſcens.* Folia *oppoſita, non connata.* Pedunculus *ſubvilloſus.* Flores *capitati, extus purpurei, intus albi, ad medium usque diviſi in duo labia, quorum ſuperius luteum quadrifidum, inferius lineare reflexum.*

3. LONICERA pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, foliis cordatis obtuſis.

Cha-

Chamaeceraſus fructu gemino rubro, foliis glabris cordatis. *Amm. ruth.* 184.

Habitat circa *Samaram*, *Oropolim*, inque *Dauria*.
Hoſpitatur *ſub dio* & in *Frigidario*, frutex.
Obſ. Frutex *non dum floruit.* Folia *cordata*, *ſubovalia*, *obtuſa*, *glabra*, *breviſſimis petiolis.* Pedunculi *axillares*, *oppoſiti*, *ſolitarii*, *apice diphylli*, *foliolis lanceolatis.* Germina *duo*, *diſtincta.*

MIRABILIS.

4. MIRABILIS. *Hort. cliff.* 53.
Solanum mexicanum, flore magno. *Bauh. pin.* 168.
Admirabilis peruviana, rubro flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 87.
β. Jalappa flore flavo. *Tournef. inſt.* 129.
γ. Jalappa flore exalbido. *Tournef. inſt.* 129.
δ. Jalappa flore expurpureo & luteo mixto. *Tournef. inſt.* 129.
Pharm. Jalapæ Radix, *Reſina*, *Extractum.*

Habitat in *utraque India.*
Hoſpitatur *ſub dio*, hyeme radix ſepoſita, vel ſuſpenſa in *Caldario* aut Tepidario, vere ſata revuſcit, alias annua.

PLUMBAGO.

1. PLUMBAGO foliis petiolatis. *Hort. cliff.* 53. *Fl. zeyl.* 73.
Dentellaria lychnoides ſylvatica ſcandens, flore albo. *Sloan. flor.* 91. *hiſt.* 1. *p.* 211. *t.* 133. *f.* 1. *Raj. app.* 245.
Lychnis indica ſpicata, ocymaſtri foliis, fructibus lappaceis oblongis, radice urente. *Comm. hort.* 2. *p.* 169. *t.* 85.

Habitat in utraqve *India.*
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis, bis fructificans.

DATURA.

* DATURA pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis. *Fl. Svec.* 185.
β. Solanum ſativum, pomo ſpinoſo oblongo, flore albo. *Bauh. pin.* 168.
Tatula. *Cam. epit.* 176.
Svecis. Spik-klubba.

Habitat in *America*, nunc per *Europam* frequens.
Hoſpitatur *ſub dio*; in *Caldario* præſtantior, annua.
Obſ. Folia *dentata*, *viridia*, *glabra.* Flores *albi ſemper.* *Fructus erecti*, *longius ſpinoſi*, *calycis reſiduo qvinquies carinato.*

2. DA-

2. DATURA pericarpiis ſpinoſis nutantibus globoſis. *Hort. cliff.* 55. *Fl. zeyl.* 86.

Solanum pomo ſpinoſo rotundo, longo flore. *Bauh. pin.* 168.

Nux Metella. *Cam. epit.* 175.

Hum matu. *Rhed. mal.* 2. *p.* 47. *t.* 28.

β. Stramonium fructu ſpinoſo rotundo, flore violaceo duplici triplicive. *Tournef. inſt.* 119.

Solanum foeditum, pomo ſpinoſo rotundo, ſemine pallido. *Bauh. pin.* 168.

γ. Stramonium ægyptiacum, flore pleno: intus albo, foris violaceo. *Tournef. inſt.* 119.

Solanum ægyptiacum, flore pleno. *Bauh. pin.* 168.

Pharm. DATURÆ Semina.

Svecis Ælſkogs-willa.

Habitat in *India*, *Aſia*, *Africa*.

Hoſpitatur in *Caldario*.

Obſ. Folia *vix dentata*, *ſubtomentoſa*. Flores *ſæpe purpuraſcentes*. Fructus *nutantes*, *ſpinoſi*, *ſpinis brevioribus ſubvilloſis*. Calyſis *reſiduo non angulato*.

HYOSCYAMUS.

1. HYOSCYAMUS foliis lanceolatis ſubdentatis, calycibus ſpinoſis.

Hyoſcyamus foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 56.

Hyoſcyamus puſillus aureus americanus, anthirrhini foliis glabris. *Pluk. alm.* 188. *t.* 37. *f.* 5.

Habitat in *Perſia*.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, ☉.

Deſcr. Radix *annua*. Folia *glabra*, *lanceolata*, *dente uno alterove utrinque notata*. Flores *ex alis nunc ſeſſiles*, *nunc petiolati*. Corollæ *luteæ*. Calyces *fructus in ſpinas pungentes deſinentes*.

2. HYOSCYAMUS foliis ovatis integerrimis, calycibus inflatis ſubgloboſis.

Habitat in *Sibiria*.

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, ♃.

Deſcr. Caulis *ramoſus*. Folia *ovata*, *glabra*, *alterna*, *in petiolos deſinentia*, *acuta*, *integerrima*. Calyces *monophylli*, *tubulati*, *quinquefidi*, *erecti*; Corolla *infundibuliformis*, *quinquefida*. Stamina *quinque*; piſtillum *obliquum*. *Maturo* Fructu calyx *inflatus*, *magnus*, *ſubrotundus in cujus fundo capſula ſubrotunda operculo tecta*: *adeoque facies* Phyſalidis vulgaris *omnino*, *ſed capſula* Hyoſcyami. *An oriantur novæ plantæ ex diverſa copula? an Hybridæ ſpeciem propagant? Num hæc ex* Phyſalide & Hyoſcyamo? Datiſca ex Cannabe et Reſeda? *Serus dies determinabit. Hæc conjungit Solana cum Hyoſcyamis proximo genere.*

NICO-

NICOTIANA.

1. NICOTIANA foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 56.
Nicotiana major latifolia. *Bauh. pin.* 169.
Blennochoes. *Renealm. ſpec.* 38. *t.* 37.
Pharm. TABACI Herba, *Pulvis*, *Oleum*, *Extractum*, *Syrupus*, Semina.
Svecis Tobak.
Habitat in *America*.
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Agris* annua.

2. NICOTIANA foliis ovatis. *Hort. cliff.* 57.
Nicotiana minor. *Bauh. pin.* 170.
Priapeja quibusdam. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 630.
Pachyphylla. *Renealm. ſpec.* 40.
Svecis Turkiſk Tobak.
Habitat in *America* & nunc in variis *Europæ* terris.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, luxurians.

ATROPA.

1. ATROPA. *Hort. cliff.* 57.
Belladonna majoribus foliis & floribus. *Tournef. inſt.* 77.
Solanum melano-Ceraſus. *Bauh. pin.* 166.
Solanum majus. *Cam. epit.* 817.
Solanum lethale. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 86.
Habitat in ſylvis montoſis *Auſtriæ*, *Angliæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

VERBASCUM.

1. VERBASCUM foliis cuneiformi-oblongis.
Verbaſcum mas, anguſtioribus foliis, floribus pallidis *Bauh. pin.* 239.
Verbaſcum pulverulentum, flore luteo parvo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 812. *Raj. hiſt.* 1094. *deſcr.*
β. Verbaſcum lychnitis, flore albo parvo. *Bauh. pin.* 240.
Verbaſcum candidum femina. *Fuchſ. hiſt.* 847.
Verbaſcum ramoſum, floribus albis parvis. *Tournef. inſt.* 147.
Blattaria flore albo, perperam Verbaſcum femina. *Lob. ic.* 511.
γ. Verbaſcum ramoſum perenne pariſienſium. *Tournef. inſt.* 147.

Phlo-

Phlomis mas alter. *Lob. ic.* 562.

δ. Verbaſcum alpinum perenne nigrum, flore albo, ſtaminibus purpureis. *Tourneſ. inſt.* 147.

Habitat in *Germania Anglia*, γ in *Gallia*, *Italia*.

Hoſpitatur *ſub dio*, biennis, cicur.

Obſ. *Variat* β *corollis albis*, *filamentis lana albis*.

γ Corolis *flavis*, filamentis *albis*.

δ *Corollis* albidis, filamentis *purpureis*.

Convenit hæc cum Verbaſco. *Fl. ſuec.* 187. *at differt caule in hac paniculato, in illo magis ſimplici. Foliis in hac lanceolatis, inferioribus in petiolos deſinentibus, in illo inferioribus cordato-oblongis petiolatis. Conveniunt pedunculis confertis ſimplicibus ad dentes racemi.*

Varietas δ *videtur hybrida e Verbaſco Fl. Svec.* 187. et ex hac.

2. VERBASCUM foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis ſolitariis.

Verbaſcum annuum, foliis oblongis ſinuatis obtuſis glabris. *Hort. cliff.* 55.

Blattaria annua, flore (minore luteo vel) albo, ſtaminibus purpureis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 489. *ſ.* 5. *t.* 10. *f.* 5.

Blattaria lutea, folio longo laciniato. *Baub. pin.* 240.

β. Blattaria flore albo corvini. *Barr. rar.* 17. *f.* 1249.

Habitat in *Italia*, *Gallia*, *Germania*.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. *Flores in noſtra ſæpius albi, raro lutei, corolla dorſo purpuraſcens. Summitas plantæ pilis gluten ſecernentibus adſpergitur.*

CORIS.

1. CORIS. *Hort. cliff.* 68.

Coris cærulea marittima. *Baub. pin.* 280.

Coris monſpeliaca. *Lob. ic.* 402.

Coris quorundam. *Cluſ hiſt.* 2. *p.* 174.

Habitat in *Gallia narbonenſi* & *Valentia* ac *Monſpelii*.

Hoſpitatur in *Tepidario*, raro ſemina perficit, annua, †.

RHAMNUS.

1. RHAMNUS floribus trigynis, aculeis geminis: altero inferiore reflexo. *Hort. cliff.* 69.

Rhamnus folio ſubrotundo, fructu compreſſo. *Baub. pin.* 477.

Rhamnus. *Cam.* 3. *epit.* 80.

Paliurus. *Dod. pempt.* 756.

Habi-

Habitat in *Italia* & *Gallia Narbonenſi.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbor.

2. RHAMNUS inermis, floribus dioicis, ſtigmate triplici. *Virid. cliff.* 19.
Rhamnus inermis, floribus polygamis, ſtigmate triplici. *Hort. cliff.* 71.
Alaternus. 1. 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 50.
Philyca elatior & humilior. *Baub. pin.* 477.
Habitat in *Gallia Narbonenſi*, *Luſitania*, *Italia.*
Hoſpitatur in *Frigidario* arbor.

LYCIUM.

1. LYCIUM foliis linearibus. *Hort. cliff.* 57.
Jaſminoides africanum, jaſmini aculeati foliis & facie. *Niſſol. act.* 1711 *p.* 420. *t.* 12. *Mich. gen t.* 105. *f.* 2.
Rhamnus alter, foliis ſalſis, flore purpureo. *Bauh. pin.* 477.
Rhamni primi ſpecies altera. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 109. *Lob. ic.* 2. *p.* 180.
Habitat in *Africa* & extremis regni *Valentini.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbor.

CYCLAMEN.

1. CYCLAMEN foliis cordatis, corolla reflexa.
Cyclamen. *Hort. cliff.* 49.
Cyclamen orbiculato folio inferne purpuraſcente. *Bauh. pin.* 308.
Cyclaminus odorato purpureo flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 264.
Cyclaminus. *Cam. epit.* 357.
Pharm. CYCLAMINIS Radix
Habitat in ſaltibus umbroſis ſubhumidis *Pannoniæ*, *Auſtriæ*, *Tatariæ uralenſis.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

CAPSICUM.

1. CAPSICUM annuum. *Hort. cliff.* 59.
Capſicum: *ſpecies omnes. Tournef. inſt.* 152.
Piper indicum. ſp. 1-7. *Bauh. pin.* 102.
Pharm. PIPERIS INDICI Fructus.
Habitat in *Braſilia*, *Mexico*, *Barbados.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.
Obſ. *Variat immenſe figura baccarum.*

SOLA-

SOLANUM.

1. SOLANUM caule inermi fruticoſo, foliis ovato-lanceolatis integris, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 61.
Solanum fruticoſum bacciferum. *Bauh. pin.* 166.
Pſeudo-Capſicum. *Dod. pempt.* 718.
Habitat in *Madera.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbuſcula.

* SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ovatis angulatis. *Virid. cliff.* 15. *Hort. cliff* 60. *Fl. Svec.* 188.
β. Solanum procerius patulum, vulgaris fructu. *Dill. elth.* 367. *t.* 275. *f.* 355.
γ. Solanum gvineenſe, fructu magno inſtar cераſi nigerrimo umbellato. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 68. *Dill. elth.* 366. *t.* 274. *f.* 354.
δ. Solanum nigrum vulgari ſimile, caulibus exaſperatis. *Dill elth.* 368. *t.* 275. *f.* 356.
ε. Solanum annuum hirſutius, baccis luteis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 520. *Dill. elth.* 366. *t.* 274. *f.* 353.
Solanum lanuginoſum hortenſe ſ. vulgari ſimile. *Raj. hiſt.* 672.
ζ. Solanum glabrum Judaicum, baccis aurantis. *Dill. m:ſſ.*
Habitat β in *India*; γ in *Guinea*; δ in *Virginia.* ε in *Anglia.* ζ in *Judæa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. β Caules *teretes glabri. Folia integerrima, glabra.*
γ Caules *angulati dentati.* Folia *integerrima, glabra.*
δ Caules *angulati dentati.* Folia *repanda glabra.*
ε Caules *teretes villoſi*, Folia *magis angulata, minus villoſa.*
ζ Viride, *caulis exaſperatus, aculeis mollibus incurvis*, Folia *repanda, nuda.*

3. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis. *Hort. cliff.* 60. *n.* 2.
Solanum tuberoſum eſculentum. *Bauh. pin.* 167. *prodr.* 89. *t.* 89.
Arachidna theophraſti, Papas americanorum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 79.
Svecis Jord-pæron, Potatos.
Habitat, ut fertur, in *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, & vulgaris in *Hortis*, annuum, ex tuberibus propagandum.

4. SOLA-

4. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis pinnatis inciſis. *Hort. cliff.* 60.

Solanum pomiferum, fructu rotundo ſtriato molli. *Bauh. pin.* 167.

Lycoperſicon galeni. *Tournef. inſt.* 150.

Mala aurea. *Dod. pempt.* 438.

Poma amoris. *Cam. epit.* 821.

Habitat in *Jamaica.*

Hoſpitatur in *Caldario & ſub dio*, annua.

Obſ. *Fructus editur perpiniani.* D. Barrere. Niſi optime maturus venenatus eſt.

5. SOLANUM caule aculeis recurvis, foliis ſinuatis ſubtus tomentoſis: utrinque aculeatis, pedunculis aculeatis. *Fl. zeyl.* 95.

Solanum pomiferum fruteſcens africanum ſpinoſum nigricans, borraginis flore, foliis profunde laciniatis. *Herm. lugdb.* 573. *t* 575. *Pluk. alm.* 251. *t.* 226. *f.* 5. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 521. *ſ.* 13. *t.* 1. *f.* 15.

Habitat in *Æthiopia* & *Zeylona.*

Hoſpitatur in *Caldario*, frutex.

6. SOLANUM aculeatum, foliis cordatis ſubquinquelobis: utrinque villoſis & aculeatis. *Hort. cliff.* 61.

Solanum americanum molle foliorum margine & aculeis flaveſcentibus, fructu mammoſo. *Tournef. inſt.* 149.

Solanum barbadenſe ſpinoſum annuum, fructu aureo rotundiore pyri parvi inverſi forma & magnitudine. *Pluk. alm.* 250. *t.* 225. *f.* 1.

Habitat in *Virginia*, *Barbados.*

Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

7. SOLANUM calycibus aculeatis, foliis ovatis integerrimis tomentoſis. *Hort. cliff.* 61. *Flor. zeyl.* 93.

Melongena fructu rotundo. *Tournef. inſt.* 152.

Solanum pomiferum, fructu oblongo. *Bauh. pin.* 167.

Mala inſana. *Dod. pempt.* 458.

Habitat in *Africa* & *America.*

Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

P H Y S A L I S.

1. PHYSALIS caule ſimplici annuo, foliis integerrimis geminatis, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 62.

Alkekengi officinarum. *Tournef. inſt.* 151.
Solanum veſicarium. *Bauh. pin.* 166. *Dod. pempt.* 454.
Pharm. ALKEKENGI Herba, Baccæ, *Aqua.* Semina.
Habitat in *Italia, Gallia, Germania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, perennis.

2. PHYSALIS annua ramoſiſſima, ramis anguloſis glabris, foliis dentato-ſerratis. *Hort. cliff.* 62. *Fl. zeyl.* 97.
Alkekengi indicum glabrum, chenopodii folio. *Dill. elth.* 13. *t.* 12. *f.* 12.
Solanum veſicarium indicum. *Bauh. pin.* 166.
Halicacabum ſ. Solanum indicum. *Comm. hort.* 70. *t.* 17.
Habitat in *Carolina, Zeylona.*
Hoſpitatur in *Vaporariis*, annua.

3. PHYSALIS annua ramoſiſſima, ramis teretibus pubeſcentibus, geniculis nodoſis. *Hort. cliff.* 62.
Alkekengi virginianum, fructu luteo. *Feuill. peruv.* 3. *p.* 5. *t.* 1.
Solanum veſicarium virginianum procumbens annuum, folio lanuginoſo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 527. *ſ.* 13. *t.* 3. *f.* 24.
Habitat in *Virginia, Peru,* & *India orientali.*
Hoſpitatur in *Vaporariis*, annua.

VITIS.

1. VITIS foliis palmato-angulatis. *Hort. cliff.* 74.
Vitis vinifera. *Bauh. pin.* 299. *Cam. epit.* 1003. *Dod. pempt.* 415.
Pharm. VITIS Folia. PASSULÆ majores, laxativæ. CORINTHIACÆ, *pulpa*, *Lohoc.*
Svecis. Win-ranka.
Habitat in locis nec frigore nec ſole uſtis: *Narbona, Virginia, Jamaica, Mexico.*
Hoſpitatur in Frigidario arbuſcula.

RIBES.

* RIBES inerme, floribus planiuſculis, racemis pendulis. *Fl. Svec.* 197.
β. Ribes vulgare acidum, albas baccas ferens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 98.

Groſ-

Groſſularia hortenſis, fructu margaritis ſimili. *Bauh. pin.* 455.
Svecis Hvita-Vinbår.
Habitat in ſummo *ſeptentrione.*
Hoſpitatur paſſim in *Hortis* oleraceis, frutex.

* RIBES inerme floribus oblongis. *Fl. Svec.* 196.
β. Ribeſium nigrum penſylvanicum, floribus oblongis. *Dill. elth.* 324. *t.* 246. *f.* 315.
Habitat in *Penſylvania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, frutex, †.

3. RIBES ramis ſubaculeatis reclinatis. *Hort. cliff.* 82.
Groſſularia ſpinoſa ſativa altera, foliis latioribus. *Bauh. pin.* 455.
Groſſularia fructu obſcure purpuraſcente. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 120.
Svecis Rőda-Stickelbår.
Habitat in *Germania.*
Hoſpitatur frequens *ſub dio*, in *Hortis* oleraceis, frutex.
Deſcr. Caules ſub-*aculeati*, *vel vix aculeati*, *nutantes & reclinati*; *cortice minus fiſſo & fere glabro.* Gemmatum ſquamæ, *cum dehiſcunt*, *margine ſetis capitatis ciliatæ ſunt*, *uti etiam petioli.* Pedunculi *uniflori*, *nutantes*, *villoſi*, *in medio cincti* Involucro *minimo*, *triphyllo*, *inæquali.* Germen *ſetis capitatis* (*præter villos*) *undique adſperſum.* Calyx *villoſus*, *laciniis retroflexis.* Flos *nutans*, *ergo ſetæ glanduliferæ ad margines gemmarum petiolorum*, *& undique in Germine.*

4. RIBES ramis aculeatis, racemis erectis, baccis hirſutis. *Hort. cliff.* 82.
Groſſularia fructu maximo hiſpido, margaritarum fere colore. *Raj. hiſt.* 1484.
Svecis Ludne-Krusbår.
Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur frequens in *Hortis* oleraceis.
Obſ. Setæ *ad latera petiolorum longiores*, *non capitatæ*, *ſed hirſutæ variis pilis*, *cum in antecedente ſpecie glabræ ſint hæ ſetæ & capitatæ.*

5. RIBES ramis undique aculeatis.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, frutex.
Obſ. Frutex *adhuc*, *altero anno aſatione*, *pedalis*, *Caulibus ruffis adſperſis undique aculeis tenuibus*, *parum nutantibus*; *præter hos alii aculei majores*, *ternati*, *ſeſſiles ſub foliis*, *ut in vulgaribus.* Folia Ribeos.

CEANOTHUS.

1. CEANOTHUS corymbis folio longioribus.
Ceanothus. *Act. upſ.* 1741. *p.* 77.

Celaſtrus inermis, foliis ovatis ſerratis trinerviis, racemis ex ſummis alis longiſſimis. *Hort. cliff.* 73. *Gron. virg.* 25.

Evonymus, jujubinis foliis, caroliniensis, fructu parvo fere umbellato. *Pluk. alm.* 139. *t.* 28. *f* 6.

Evonymus novis belgii, corni feminæ foliis. *Comm. hort.* 1. *p.* 167. *t.* 86. *Raj. dendr* 69.

Evonymoides caroliniensis, ziziphi foliis. *Iſnard. act.* 1716. *p.* 369.

Habitat in *Virginia*, *Carolina.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, *Arbor floruit* & periit.

LAGOECIA.

1. LAGOECIA. *Hort. cliff.* 73.

Cuminoides vulgare. *Tournef. inſt.* 30.

Cuminum ſylveſtre, capitulis globoſis. *Bauh. pin.* 186.

Cuminum ſylveſtre. *Cam. epit.* 519. *Dod. pempt.* 300.

Habitat in *Creta*, *Aleppo*, *Lemno*, *Lyſia*, *Galatia.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

CLAYTONA.

1. CLAYTONA foliis ovatis.

Limnia. *Act. Stockh.* 1746. *p.* 130. *t.* 5.

Habitat in *Sibiria.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, & *ſub dio* perennis.

Deſcr. Radix *promit* Folia multa, *obverſe ovata*, *coarctata in petiolum canaliculatum*, *glabra*, *integerrima*, *nervoſa*, *fragilia.*

Caulis *teres*, *longitudine foliorum radicalinum*, *terminatus* foliis *duobus oppoſitis*, *ſeſſilibus*, *obverſe ovatis vel magis rotundatis.*

Racemus ex oppoſitione foliorum, *foliolis floralibus alternis lanceolatis minimis*, *ſimplex*, *longitudine fere caulis.*

Pedunculus *unus* (*vel duo*) *nudus*, *ſimpliciſſimus*, *ad latus folii floralis*, *reflexus ante floreſcentiam*, *ſub floreſcentia erectus*, *poſt floreſcentiam reflexus*, *maturo ſemine erectus.*

Calyx *diphyllus*, *baſi transverſus*, *ovatus.* Petala *quinque*, *roſacea*, *rubra*, *ſtriata*, *emarginata.* Stamina *quinque*, *recurva.* Stylus *apice trifido.* Capſula *parva*, *trilocularis*, *trivalvis*, *elaſtica.* Semina *tria*, *rotunda*, *lutea.*

CELOSIA.

1. CELOSIA foliis lanceolato-ovatis. *Hort. cliff.* 43.

Amaranthus panicula incurva. *Bauh. pin.* 121.

Amaranthus criſtatus. *Cam. epit.* 792.

Habitat forte in *Indiis.*

Hoſpitatur ſub dio & in *Caldario*, annua.

VIN-

VINCA.

1. VINCA foliis ovatis. *Hort. cliff.* 77.
Clematis daphnoides minor. *Bauh. pin.* 301.
Clematis daphnoides. *Dod. pempt.* 405.
Pharm. VINCÆ PERVINCÆ Herba.
Svecis Wintergrön. Winter-lager.
Habitat in umbroſis *Germaniæ, Helvetiæ, Angliæ, Galliæ, Hiſpaniæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, fruticulus & repens, ſempervirens.

NERIUM.

1. NERIUM foliis ternis lineari-lanceolatis. *Hort. cliff.* 76. *Fl. zeyl.* 108.
Nerium floribus rubeſcentibus. *Bauh. pin.* 464.
Rhododendrum. *Dod. pempt.* 851.
Oleander, Laurus roſea. *Lob. ic.* 118.
Habitat in *Liguria, Sicilia, Creta, Syria, Malabaria, Zeylona.*
Hoſpitatur in *Caldario & Tepidario*, frutex ſempervirens.

DIGYNIA.

STAPELIA.

1. STAPELIA denticulis ramorum extrorſum prominulis. *Hort. cliff.* 77.
Apocynum humile aizoides, ſiliquis erectis, africanum. *Herm. lugdb.* 52. *t.* 53. *Stiſſ. bot.* 32.
Fritilaria craſſa capitis bonæ ſpei. *Stapel. theophr.* 335.
Habitat ad *Caput bonæ ſpei.*
Hoſpitatur in *Caldario*, vix florens, ſempervirens, ſucculenta.

ASCLEPIAS.

   Obſ. Folia *e radice numeroſa*, *fere pedalia*, *ſubulata*, *ſupra planiuſcula*, *anguſto acuminata.* Scapus *foliis decuplo craſſior*, *undique floribus luteis*, *ſtaminibus barbatis inſtructis*, *imbricatis.* Facies *omnino Aſphodeli.*
3. ANTHERICUM foliis carnoſo-ſubulatis teretibus.
   Habitat in *Æthiopia?*
   Hoſpitatur in *Tepidario*, æſtivat in *Apricario*, ſempervirens ſucculenta.
   Obſ. *Plantæ præcedenti ſimillima*, *ſed primo anno florens caule & foliis tenerrimis ut in Cepa ſectili*, *Differenatia alias nulla.*
4. ANTHERICUM foliis planis, caule ſimpliciſſimo.
   Phalangium parvo flore, non ramoſum. *Bauh. pin.* 29. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 333. *ſ.* 4. *t.* 1. *f.* 10.

Phalangium pulchrius non ramoſum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 635. *Raj. hiſt.* 1193.

Phalangium non ramoſum. *Dod. pempt.* 106. *Lob. ic.* 48. *Dalech. hiſt.* 551.

Habitat in *Pyrenæis.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

SCILLA.

1. SCILLA radice tunicata. *Hort. cliff.* 122.

Scilla vulgaris, radice rubra. *Bauh. pin.* 73.

Scilla hiſpanica. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 171.

Pharm. SCILLÆ Radix, *Acetum.*

Habitat in littoribus arenoſis *Hiſpaniæ* & *Luſitaniæ.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, bulboſa †.

ORNITHOGALUM.

1. ORNITHOGALUM fructificationibus ſecundis pendulis, filamentibus omnibus latis emarginatis. *Hort. cliff.* 124.

Ornithogalum exoticum, magno flore minore innato. *Bauh. pin.* 70. *Rudb. elyſ.* 137. *f.* 12.

Ornithogalum neapolitanum. *Cluſ. app.* 2. *p.* 9. *t.* 9.

Habitat in agro *Neapolitano.*
Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.

2. ORNITHOGALUM floribus corymboſis, pedunculis ſcapum ſuperantibus, filamentis alternis emarginatis. *Hort. cliff.* 124.

Ornithogalum umbellatum medium anguſtifolium. *Bauh. pin.* 70.

Bulbus leucanthemos minor. *Dod. pempt.* 221.

Eliocarmos. *Renealm. ſpec.* 88. *t.* 87.

Habitat *Dreſdæ*, *Patavii*, *Lugduni* & in *Germania* paſſim.
Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.

ASPARAGUS.

* ASPARAGUS foliis ſetaceis, caule herbaceo. *Roy. lugdb.* 28. *Hort. cliff.* 120. *Fl. ſvec.* 272. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 37.

β. Aſparagus ſativa. *Bauh. pin.* 489.

Aſparagus ſativus. *Dalech. hiſt.* 610.

Aſpa-

Aſparagus hortenſis. *Dod. pempt.* 703.
Habitat in arenoſis *Galliæ*, *Angliæ*, *Belgii*, *Germaniæ*, *Sennie*, ſed cultus multa ſtercoratione altilis fit in hortis noſtris.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

HYACINTHUS.

1. HYACINTHUS corollis infundibuliformibus ſemiſexfidis baſi ventricoſis. *Hort. cliff.* 125. *Roy. lugdb.* 27.
Hyacinthus orientalis. (*ſpecies* 1-15.) *Bauh. pin.* 44.
Hyacinthus orientalis major & minor. *Dod. pempt.* 216.
Habitat in *Aſia*, &c.
Hoſpitatur in *Tepidario* & in domibus, bulboſa.

2. HYACINTHUS corollis campanulatis ſemiſexfidis.
Hyacynthus, oblongo cæruleo flore, minor. *Bauh. pin.* 44. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 27. *f.* 8.
Habitat in oriente, miſſa a Cl. Gmelino.
Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.
Obſ. *Planta bulboſa*, foliis *linearibus*, *longitudine caulis*. Scapus *Hyacinthi orientalis ſed minor.* Corollæ cæruleæ *hyacinthi orientalis magnitudine, ſed baſi nec ventricoſæ, nec oris ita revolutis, quamvis patulis, ad dimidium tantum ſectæ.*

3. HYACINTHUS corollis ovatis. *Hort. cliff.* 126.
Hyacinthus racemoſus moſchatus. *Bauh. pin.* 43. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 25. *f.* 8.
Muſcari obſoletiore flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 178.
Habitat in *Aſia* ultra *Boſphorum.*
Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.

4. HYACINTHUS corollis globoſis. *Hort. cliff.* 126.
Hyacinthus racemoſus cæruleus major. *Bauh. pin.* 42. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 23. *f.* 1.
Hyacinthus botryoides cæruleus amœnus. *Lob. ic.* 108.
Muſcari cæruleum majus. *Tournef. inſt.* 347.
Habitat in *Italia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.

ALOE.

1. ALOE foliis lanceolatis planis erectis radicatis. *Hort. cliff.* 132. *Fl. zeyl.* 130.
Aloe zeylanica pumila, foliis variegatis. *Comm. hort.* 2. *p.* 41. *t.* 21. *Pluk. alm.* 19. *t.* 256. *f.* 5.
Habitat in *Zeylona.*
Hoſpitatur in *Caldario*, ſempervirens ſucculenta.

2. ALOE foliis caulinis dentatis amplexicaulibus vaginantibus. *Hort. cliff.* 131.

α. Aloe africana caulescens, foliis glaucis breviſſimis. *Comm. præl.* 73. *t.* 22. *rar.* 45. *t.* 45.

β. Aloë africana caulescens, foliis glaucis caulem amplectentibus *Comm. hort.* 2. *p.* 27. *t.* 14.

γ. Aloë africana caulescens, foliis ſpinoſis maculis ab utraque parte albicantibus notatis. *Comm. hort.* 2. *p.* 9. *t.* 5.

Aloë africana mitræformis ſpinoſa. *Dill. elth.* 21. *t.* 17. *f.* 12.

Habitat in rupibus *Africæ*.
Hoſpitatur in *Caldario*, ſempervirens ſucculenta.

3. ALOE foliis ſpinoſis confertis dentatis vaginantibus planis maculatis. *Hort. cliff.* 130.

Aloë vera vulgaris. *Bauh. pin.* 386.

Aloë. *Dod. pempt.* 359. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 160.

Pharm. Aloes hepaticæ Succus, *lotus*, *Tinctura*, *Extractum*.

Svecis Semperviv.

Habitat in Campeſtribus aridis ſaxoſis *Jamaicæ*, *Barbados*, *Braſiliæ*, *Malabariæ*, *Succotræ* inſulæ, *Palæſtinæ*.
Hoſpitatur in *Caldario*, ſempervirens, ſucculenta.

4. ALOE foliis lingviformibus patulis diſtichis. *Hort. cliff.* 132.

Aloë africana, flore rubro, foliis maculis albicantibus ab utraque parte notato. *Com. hort.* 2. *p.* 15. *t.* 8.

Aloë africana ſeſſilis, foliis carinatis verucoſis. *Dill. elth.* 22. *t.* 18. *f.* 20.

Habitat in rupibus ſaxoſis *Africæ*.
Hoſpitatur in *Caldario*, ſempervirens, ſucculenta.
Obſ. *Foliorum margo ad altera parte tenus, ab altera vero latus.*

5. ALOE foliis ovato-lanceolatis carnoſis, apice triquetris: angulis inerme dentatis. *Hort. cliff.* 131.

α. Aloë africana atro-viridis, ſpinis herbaceis numeroſis ornata. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 131. *t.* 131.

β. Aloë africana humilis arachnoidea. *Comm. præl.* 78. *t.* 27.

Habitat in Campis *Africæ*.
Hoſpitatur in *Caldario*, ſempervirens ſucculenta.

6. ALOE

6. ALOE foliis rhomboidalibus craſſis quinque fariam poſitis radicatis: apice triquetris plano exſtantibus. *Hort. cliff.* 133.

Aloë africana brèviſſimo craſſiſimoque folio, flore viridi. *Comm. hort.* 2. *p.* 11. *t.* 6. *Till. piſ.* 6. *t.* 5.

Habitat in argilloſis *Africæ.*

Hoſpitatur in *Caldario*, ſempervirens ſucculenta.

7. ALOE foliis ovatis acuminatis caulinis quinque fariam imbricatis. *Hort. cliff.* 132.

Aloë africana erecta rotunda, folio parvo & in acumen acuminatiſſimum abeunte. *Comm. præl.* 83. *t.* 32. *Dill. elth.* 116. *t.* 13. *f.* 14.

Habitat in Campeſtribus *Africæ.*

Hoſpitatur in *Caldario*, ſempervirens ſucculenta.

8. ALOE foliis caulinis trifariam imbricatis, caulinis apice reflexo-patulis. *Hort. cliff.* 132.

Aloë africana erecta, triangularis & triangulari folio viſcoſo. *Comm. præl.* 82. *t.* 31. *Till. piſ.* 6. *t.* 5. *Dill. elth.* 15. *t.* 13. *f.* 13.

Habitat in campeſtribus *Africæ.*

Hoſpitatur in *Caldario*, ſempervirens ſucculenta.

9. ALOE foliis canaliculatis trifariam imbricatis radicatis erectis: angulis ternis cartilagineis. *Hort. cliff.* 132.

Aloë africana humilis, foliis ex viridi & albo variegatis. *Comm. præl.* 79. *t.* 28. *rar.* 47. *t.* 47. *Till. piſ.* 7. *t.* 7.

Habitat in argilloſis *Africæ.*

Hoſpitatur in *Caldario*, ſempervirens ſucculenta.

A G A V E.

1. AGAVE foliis ſpinoſo dentatis mucronatisque.

Aloë foliis lanceolatis dentatis, ſpina cartilaginea terminatis radicalibus. *Hort. cliff.* 131.

Aloë foliis in oblongum aculeum abeunte. *Bauh. pin.* 286.

Aloë ex america. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 160. *Dod. pempt.* 359.

Habitat in *America Calidiore.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, ſempervirens ſucculenta.

Obſ. *Re diu & bene penſitata non licet* aloës *Americanas Aſiaticis vel Africanis miſcere, cum in his corollæ regulares, ſtamina longiora, germen infra receptaculum floris*; quod in Africanis non obtinet.

Ideoque novo confecto genere, novum nomen inponatur. Africanæ & Aſiaticæ utpote officinales, diutius notæ retineant nomen officinale & uſita-

uſitatiſſimum; aliud his imponatur, inter ſynonyma nullum dignum occurit, licet antiquo generi antiquum nomen competeret, ideoque dixi *Agave* quaſi plantam admirabilen.

YUCCA.

1. YUCCA foliis margine integerrimis. *Hort. cliff.* 130.
Yucca foliis aloes. *Bauh. pin.* 91.
Yucca peruviana. *Raj. hiſt.* 1201.
Habitat in *Canada*, *Peru.*
Hoſpitatur *ſub dio*, per hyemen in *Tepidario*, ſempervirens ſubſucculenta.

2. YUCCA foliorum margine crenulato. *Hort. cliff.* 130.
Yucca draconis folio ſerrato reflexo. *Dill. elth.* 437. *t.* 324. *f.* 417.
Aloë americana, draconis folio ſerrato. *Comm. præl.* 42. 67. *t.* 16.
Draconi arbori affinis americana. *Bauh. pin.* 506.
Habitat in *America.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, æſtivat in *Apricario*, ſempervirens ſubſucculenta.

HEMEROCALLIS.

1. HEMEROCALLIS ſcapo ramoſo, corollis monopetalis.
Hemerocallis radice tuberoſa, corollis monopetalis. *Hort. cliff.* 128.
α. Lilio-Aſphodelus puniceus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 137.
Lilium rubrum, aſphodeli radice. *Bauh. pin.* 80.
β. Hemerocallis radice tuberoſa, corollis monopetalis luteis. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 37.
LilioAſphodelus luteo flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 137.
Lilium luteum, aſphodeli radice. *Bauh. pin.* 80. *Rudb. elyſ.* 2. *p* 184 *f.* 1
Habitat α in uliginoſis practis *Hungariæ*; β in campis Sibiriæ.
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, tuberoſo-perennis.
Obſ. *Varietas* α *gaudet* corolla *duplo majore*, *fulva*, petalis *magis lateribus undulatis & venoſis*; *planta etiam duplo major eſt.* β. *Gaudet* corolla *duplo minore*, *flava*, petalis *ad latera nec undatis nec venoſis*, *odore alio*, *ſtylo incurvo cum in* α *ſæpius rectior*, *licet dec inatus ſit*, *ut quivis facile differentiam obſervet*, *at ſpecificam differentiam dare difficile eſt.*

HÆMANTHUS.

1. HÆMANTHUS foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 127.
Hæmanthus colchici foliis, perianthio herbaceo. *Dill. elth.* 167. *t.* 140. *f.* 167.

Hya-

Hyacintho affinis africana, bulboſa radice. *Seb. theſ.* 1. *p.* 20. *t.* 12. *f.* 1. 2. 3.
Orchis ſ. Satyrium e guinea. *Swert. flor.* 1. *p.* 62. *f.* 3. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 491. *ſ.* 12. *t.* 12. *f.* 11.
Satyrium ex guinea. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 210. *f.* 3.
Habitat in *Æthiopia* & *Guinea.*
Hoſpitatur in *Caldario*, bulboſa.

TRIGYNIA

RUMEX.

1. RUMEX floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis, granulo notatis. *Hort. cliff.* 138.
Lapathum folio acuto rubente. *Bauh. pin.* 115.
Lapathum ſanguineum ſ. Sanguis dracionis herba. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 988.
Lapathum rubens. *Dod. pempt.* 650. *Cam. epit.* 229.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.

2. RUMEX floribus hermaphroditis, foliis haſtatis. *Hort. cliff.* 138.
Acetoſa rotundifolia hortenſis. *Bauh. pin.* 114.
Oxalis rotundifolia. *Dod. pempt.* 649.
Pharm. ACETOSÆ ROTUNDIFOLIÆ Herba.
Svecis Romerſk Syra.
Habitat inter acervos lapidum *Helvetiæ*, *Gallo-provinciæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, oleracea.

3. RUMEX floribus hermaphroditis, valvulis trifido ſetaceis, unica granulo notatis.
Lapathum ægyptiacum annuum, parietariæ foliis, capſula ſeminis longius barbata. *Till. piſ.* 43. *t.* 37. *f.* 1.
Lapathum ægyptiacum, capſula ſeminis alba & crenata. *Dill. elth.* 191. *t.* 158. *f.* 191.
Habitat in *Ægypto.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, †.

4. RUMEX floribus androgynis, calycibus femineis monophyllis: valvulis exterioribus reflexo-uncinatis.
Rumex floribus androgynis, calycibus fructus uncinatis. *Hort. cliff.* 139.
Beta cretica, ſemine aculeato. *Bauh. pin.* 118. *prodr.* 57.

Beta cretica, ſemine ſpinoſo. *Bauh. hiſt. 2. p. 962.*
Spinachia cretica ſupina, capſula ſeminis aculeata. *Tournef. inſt. 533.*
Habitat in *Creta & Sicilia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

5. RUMEX floribus hermaphroditis geminatis, valvularum alis maximis membranaceis reflexis. *Hort. cliff. 139. Roy. lugdb. 230.*
Acetoſa americana, foliis longiſſimis pediculis donatis. *Bauh. pin.* 114. *prodr. 54. Moriſ. hiſt. 2. p. 583. ſ. 5. t. 28. f. 7.*
Habitat in *Africa* & in *America.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

* RUMEX floribus dioicis, foliis oblongo-ſagittatis. *Virid. cliff. 32. Hort. cliff. 139. Fl. Lapp. 130. Fl. ſvec. 295.*
Acetoſa hiſpanica maxima. *Rupp. Hall. 58.*
Acetoſa hiſpanica. *Comm. hort. 4.*
Svecis Spanſk Syra.
Habitat in *Lapponiæ* alpibus.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

7. RUMEX floribus hermaphroditis, valvulis nudis tridentatis, pedicellis planis reflexis.
Rumex fructibus dentatis, calyce reflexis, caput bovinum referentibus. *Hort. cliff. 139.*
Acetoſa, ocymi folio, neapolitana. *Bauh. pin. 114. Moriſ. hiſt. 2. p. 584. ſ. 5. t. 28. f. 14.*
Acetoſa, ocymi folio, bucephalophoros. *Columm. ecphr. 1. p. 150.*
Habitat *Neapoli.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

COLCHICUM.

1. COLCHICUM foliis lanceolatis planis erectis. *Hort. cliff. 140.*
Colchicum commune. *Bauh. pin. 67.*
Colchicum. *Fuchſ. hiſt. 356.*
Svecis Nakna Jungfrur.
Habitat in pingvibus graminoſis *Angliæ*, *Auſtriæ*, *Luſitaniæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, floret menſe ſeptembri, fructum proximo vere promit & æſtate maturat.

MENI-

MENISPERMUM.

1. MENISPERMUM foliis peltatis anguloſis. *Hort. cliff.* 140, *Gron. virg.* 153.
Meniſpermum canadenſe ſcandens, umbilicato folio. *Tournef. act.* 1705. *p.* 311.
Hedera monophyllos, convolvuli foliis, virginiana, *Pluk. alm.* 181. *t.* 36. *f.* 2.
Habitat in *Virginia*, *Canada*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis, Volubilis.

SAURURUS.

1. SAURURUS foliis cordatis petiolatis, ſpicis ſolitariis recurvis.
Saururus foliis profunde cordatis ovato-lanceolatis, ſpicis ſolitariis propendentibus, folio brevioribus. *Roy. lugdb.* 8.
Saururus foliis profunde cordatis ovato-lanceolatis, ſpicis ſolitariis, folio longioribus. *Hort. cliff.* 139. *Gron. virg.* 40.
Saururus marilandicus, folio cordato. *Raj. hiſt.* 642.
Serpentaria repens, floribus ſtamineis ſpicatis, bryoniæ nigræ folio ampliore pingui, virginenſis. *Pluk. alm.* 343. *t.* 117. *f.* 4.
Serpentaria ſ. Perſicaria virginiana, foliis cordatis, floribus ſpicatis, femineis albis. *Eichr. carolsrh.* 41.
Habitat in madidis aquoſis *Virginiæ*, *Marilandiæ*.
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis, repens, luxurians & florens, modo propagentur radices, ne minus denſe creſcant.

TETRAGYNIA.

PETIVERIA.

1. PETIVERIA. *Hort. cliff.* 141. *Act. ſtockh.* 1744. *p.* 287. *t.* 7.
Petiveria ſolani foliis, loculis ſpinoſis. *Plum. gen.* 50.
Verbenæ aut Scorodoniæ affinis anomala, flore albido, calyce aſpero, allii odore. *Sloan. flor.* 64. *hiſt.* 1. *p.* 172. *Raj. ſuppl.* 287.
Habitat in Sylvis umbroſis *Jamaicæ*.
Hoſpitatur in *Caldario*, ubi naturificata, quotannis ſemina perficit & ſe ſerit, frutex ſempervirens.

CLAS-

CLASSIS. VII.

HEPTANDRIA

MONOGYNIA.

ESCULUS.

1. ESCULUS floribus heptandris.
Eſculus. *Hort. cliff.* 142.
Hippo-caſtanum vulgare. *Tournef. inſt.* 612.
Caſtanea folio multifido. *Bauh. pin.* 419.
Caſtanea equina. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 7. *Dalech. hiſt.* 33.
Svecis Hæſt-Caſtanier.

Habitat in *oriente*, unde *Europæ* innotuit non ante 1550. Hoſpitatur *ſub dio*, ſæpe in magnas arbores enata & naturificata.

CLAS-

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA MONOGYNIA.

TROPÆOLUM.

1. TROPÆOLUM foliis ſubquinquelobis, petalis obtuſis.
Tropæolum foliis peltatis orbiculatis. *Hort. cliff.* 143.
Cardamindum ampliore folio & majori flore. *Tournef. inſt.* 430. *Fevill. peruv.* 3. *p.* 14. *t.* 8.
Viola indica ſcandens, naſturtii ſapore, maxima odorata. *Herm. lugdb.* 628. *t.* 629.
Pharm. NASTURTII INDICI Herba.
Svecis Indianſk kraſſe.
Habitat in *Peru* unde cura *Beverningii* in *Europam* translatum. 1684.
Hoſpitatur *ſub dio*, hinc annua.

2. TROPEOLUM foliis integris, petalis acuminato-ſetaceis.
Cardamindum minus & vulgare. *Tournef. inſt.* 430. *Fevill. peruv.* 3. *p.* 14. *t.* 8.
Naſturtium indicum minus. *Bauh. pin.* 306.
Naſturtium indicum. *Lob. ic.* 166. *f.* 2. 1. *Dod. pempt.* 397. *Dalech. hiſt.* 657.
Habitat in *Peru* & *Lima*.
Hoſpitatur plerumque in *Frigidario*, nobis annua.

ACER.

1. ACER foliis quinquelobis acutis obtuſe ſerratis, petiolis canaliculatis.
Acer foliis palmatis obtuſe ſerratis, floribus ſubapetalis racemoſis. *Hort. cliff.* 143. *n.* 1.
Acer montanum candidum. *Bauh. pin.* 430.
Acer majus. *Dod. pempt.* 840. *Lob. hiſt.* 614.
Habitat in montibus altiſſimis humectis *Helvetiæ*, *Auſtriæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, ſæpe in magnas *arbores* enata.

2. ACER

2. ACER foliis quinquelobis acuminatis acute ſerratis, petiolis teretibus.

Acer foliis palmato-angulatis, floribus ſubapetalis ſeſſilibus, fructu pedunculato corymboſo. *Gron. virg.* 41.

Acer virginianum, folio ſubtus incano, floſculis viridi rubentibus. *Herm. parad.* 1. *t.* 1.

Acer virginianum, folio majore: ſubtus argenteo, ſupra viridi-ſplendente. *Pluk. alm.* 7. *t.* 2. *f.* 2. *Catesb. carol.* 1. *p.* 62. *t.* 32.

Acer occidentale, folio minore ſubtus incano: ſupra atrovirente. *Raj. hiſt.* 1701.

Habitat in *Virginia*, *Carolina Noueboraco.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbor †.

Obſ. Petioli *teretes*, *ut in prima ſpecie*, *ſed ſupra non canaliculati.* Folia *acute* & *confertim ſerrata.* Corolla *a perianthio non diſtinguenda.* *E ſingula* gemina *flores quinque primo ſeſſiles*, *demum pedunculati.*

OENOTHERA.

1. OENOTHERA foliis ovato lanceolatis planis. *Virid. cliff.* 33. *Roy. lugdb.* 251. *Gron. virg.* 254.

Oenothera foliis ovato-lanceolatis denticulatis, floribus lateralibus in ſumo caulis. *Hort. cliff.* 144.

Lyſimachia lutea corniculata. *Baub. pin.* 245. 516.

Lyſimachia lutea corniculata non pappoſa virginiana major. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 271. *ſ.* 3 *t.* 11. *f.* 7.

Habitat in *Virginia*, *circa* 1620. in *Europam* translata, nunc in *Belgio*, *Italia*, *Gallia*, *Germania* ſpontanea.

Hoſpitatur *ſub dio*, biennis, cicur.

DAPHNE.

1. DAPHNE floribus racemoſis lateralibus, foliis lancealatis integris. *Hort. cliff.* 147. *Roy. lugdb.* 208.

Laureola ſempervirens, flore viridi, quibusdam Laureola mas. *Baub pin.* 462.

Daphnoides ſ. Laureola. *Dalech. hiſt.* 211. *Lob. hiſt.* 200.

Pharm. Mezerei Cortex.

Habitat in Sepibus *Angliæ*, *Italiæ.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex.

DIGY-

DIGYNIA.

MOERHINGIA.

1. MOERHINGIA pedunculis unifloris.
Alſine tetrapetala, foliis perangultis longiſſimis. *Hall. helv.* 390.
Alſine montana, capillaceo folio. *Bauh. pin.* 251. *Pluk. alm.* 23. *t.* 75. *f.* 1.
Alſine ſaxifraga anguſtifolia minima montana. *Col. ecphr.* 1. *p.* 292. *t.* 290.
Alſine tenuifolia muſcoſa. *Bauh. pin.* 251. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 551. *ſ.* 5. *t.* 23. *f.* 12.
Habitat in Alpibus *Helvetiæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, ♄.

TRIGYNIA.

BISTORTA.

1. BISTORTA foliis ovato-oblongis acuminatis. *Hort. cliff.* 150.
Biſtorta major, radice magis intorta. *Bauh. pin.* 192.
Biſtorta. *Cam. epit.* 683.
Pharm. BISTORTÆ Radix.
Habitat in montibus *Monſpelii, Genevæ, Auſtriæ, Stiriæ, Helvetiæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, perennis.

POLYGONUM.

1. POLYGONUM caule fruticoſo, foliolis calycinis duobus reflexis.
Atraphaxis inermis, foliis planis. *Hort. cliff.* 138.
Lapathum orientale frutex humilis, flore pulchro. *Tournef. cor.* 38.
Lapathum dauricum montanum fruticans, ramis late ſparſis, folio oblongo anguſto plano rigidiuſculo arrecto, ſemine in longis flagellis magno. *Amm. ruth.* 227.
Habitat in *Sibiria, Dauria.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, & interdum *ſub dio*, fruteſcens.
Obſ. Corolla *quinquepartita laciniis duabus viridibus reflexis: reliquis tribus patentibus coloratis.* Stigmata *tria.* Styli *nulli*, ſtamina *octo.*

HEL-

HELXINE.

1. HELXINE caule erectiuſculo inermi, foliis cordato-ſagittatis, ſeminibus ſubdentatis.
   Helxine caule erecto inermi, foliis cordatis ſagittatis, ſeminum angulis dentatis. *Hort. cliff.* 151.
   Fagopyrum erectum, fructu aſpero. *Amm. ruth.* 242.
   Fagopyrum erectum, fructu ex calyce eminento ſerrato. *Hall. gotting.* 590.
   Fago-triticum ſibiricum. *Act. ſtockh.* 1744. *p.* 117. *t.* 4.
   Svecis Siberiſk Bohvete.
   Habitat in *Tartaria* ad Argunienſes officinas.
   Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. HELXINE caule erectiuſculo inermi, foliis cordato-ſagittatis, ſeminibus integerrimis.
   Helxine caule erectiuſculo inermi, foliis cordato-ſagittatis. *Hort. cliff.* 151. *Fl. Svec.* 217.
   β. Eryſimum cereale, folio hederaceo. *Bauh. pin.* 27. *theatr.* 538.
   Ochymum cereale. *Tabern. hiſt.* 276.
   Svecis. Bohvete.
   Habitat in *Aſia.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, annua, ſeritur copioſe in *ſcania campeſtri.*

3. HELXINE foliis ovatis, caule recto inermi.
   Perſicaria florum ſtaminibus ſex pluriſve, ſtylo duplici. *Hort. cliff.* 42.
   Perſicaria orientalis, nicotianæ folio, calyce florum purpureo. *Tournef. cor.* 38. *itin.* 316. *Comm. rar.* 43. *t.* 43
   Habitat in *Oriente.*
   Hoſpitatur in *Caldario*, annua.
   Obſ. *Habet Flos* glandulas nectariferas, *proin genuina ſpecies* Helxines *eſt.*

4. HELXINE foliis lanceolatis, caule diffuſo.
   Fagopyrum orientale ramoſum & multiflorum, perſicariæ folio. *Tournef. cor.* 39. *Buxb. cent.* 2. *p.* 31. *t.* 31.
   Perſicaria montana, foliis longioribus & anguſtioribus, floribus racemoſis. *Amm. ruth*, 167.
   Perſicaria alpina altera ſaxatilis, foliis durioribus acutis. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 108. *t.* 83.

Habi-

Habitat in *Corſicæ*, *dæ*, *Ingodæ*, *Nagaicæ montoſis.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.
Obſ. Glandulæ nectariferæ *demonſtrant et hanc genuinam eſſe ſpeciem Helxines.*

PAULLINIA.

1. PAULLINIA foliis ſimplicibus lanceolatis ſerratis.
Lupulus ſylveſtris americana, claviculis donata. *Pluk. alm.* 229. *t.* 201. *f.* 4.
coryli ſ. avellanæ folio oblongo Frutex convolvulaceus, capreolatus americanus. *Pluk. phyt.* 162. *f.* 3.
Habitat in *Barbados.*
Hoſpitatur in *Caldario*, duobus annis egregie ſcandens, non dum vero florens; ſemina miſit clariſſ. B. Juſſiæus.

CARDIOSPERMUM.

1. CARDIOSPERMUM. *Hort. cliff.* 151. *Fl. zeyl.* 142.
Halicacabus peregrinus. *Dod. pempt.* 455.
Piſum veſicarium, fructu nigro alba macula notato. *Baub. pin.* 143.
Corindum ampliore folio, fructu majore. *Tourneſ. inſt.* 431.
Habitat in *India Occidentali* & *Orientali.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

CLASSIS. IX.

ENNEANDRIA

MONOGYNIA.

LAURUS.

1. LAURUS foliis lanceolatis venoſis perennantibus, corollis quadrifidis. *Hort. cliff.* 155.
Laurus vulgaris. *Bauh. pin.* 460.
Laurus. *Dod. pempt.* 849. *Dalech. hiſt.* 351.
Pharm. Lauri Baccæ, *Aqua*, *Oleum*, *Oleum*, Folia.
Svecis Lager.
Habitat in *Italia*, in Monte *Atho*.
Hoſpitatur in *Frigidario* per hyemes; *ſub dio* æſtate; Arbor.

TRIGYNIA.

RHEUM.

2. RHEUM foliis glabris.
Rheum. *Hort. cliff.* 155.
Rhaponticum. *Alp. rhap.* 1. *t.* 1.
Rhaponticum folio lapathi majoris glabro. *Bauh.pin.* 116.
Rhabarbarum rotundifolium verum. *Munt. brit.* 97.
Pharm. Rhapontici Radix.
Svecis Munk-rabarbar.
Habitat in *Thracia*, *Scythia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis cicur.

2. RHEUM foliis ſubvilloſis.
Rhabarbarum ſinenſe, folio criſpo, flagellis rarioribus & minoribus. *Amm. herb.* 206.
Lapathum bardanæ folio undulato glabro. *Hort. chelſ.*
Pharm Rhabarbari veri Radix, *Eſſentia*, *Extractum*.
Svecis Æcta Rhabarber.
Habitat in *China*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.
Obſ. *Vix ſpecie differt a priori, ita ſimilis*; folia *tamen magis oblonga, magis ad margines undulata, & magis villoſa.* Caulis *florens magis altus, & magis anguſtus* floribusque *minus denſis, cætera eadem cum præcedente.*

***

CLAS-

CLASSIS. X.

DECANDRIA

MONOGYNIA.

CERCIS.

1. CERCIS foliis cordato-orbiculatis glabris. *Hort. cliff.* 156.
Siliqua ſylveſtris rotundifolia. *Bauh. pin.* 402.
Arbor Judæ. *Dod. pempt.* 786.
Habitat in *Gallia Narbonenſi*, *Hiſpania*, *Italia*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbor.

2. CERCIS foliis cordatis pubeſcentibus. *Hort. cliff.* 156. *Gron. virg.* 41.
Siliquaſtrum canadenſe. *Tournef. inſt.* 647.
Siliqua ſylveſtris rotundifolia canadenſis. *Tournef. ſchol.* 26.
Ceratia agreſtis virginiana, folio rotundo minori. *Raj. dendr.* 100. *Pluk. alm* 95.
Arbor judæ americana. *Raj. hiſt.* 1718.
Habitat in *Virgina*, *Canada*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbor.

BAUHINIA.

1. BAUHINIA foliis cordato-ſubrotundis: lobis rotundatis. *Hort. cliff* 157. *Fl. zeyl.* 147.
Bauhinia folio ſubrotundo, flore flaveſcente ſtriato. *Burm. zeyl.* 44. *t.* 18.
Mandaru maderaſpatenſe, foliis firmioribus biſulcis glabritie ſplendentibus, ad ſurculum denſius ſtipatis. *Pluk. alm.* 140. *t.* 44. *f.* 6.
Habitat in utraque *India*.
Hoſpitatur in *Caldario*, non dum floruit, Arbor.

PARKINSONIA.

1. PARKINSONIA. *Hort cliff.* 157. *t.* 13.

Parkinſonia aculeata, foliis minutis uni coſtæ adnexis. *Plum. gen.* 25.

Parkinſonia aculeata, foliis mimoſæ uni coſtæ adfixis. *Walth. hort.* 6. *t.* 13.

Habitat in *America Calidiore.*

Hoſpitatur per totum annum in *Caldario*, Arbor.

Deſcr. Frutex *humanæ altitudinis, ſæpe e ſingula Gemma ſeu coſta breviſſima promit quatuor (non duo) folia partialia pinnatia, cum tenerior tantum duo ejusmodi folia producat, uti in figura Horti Cliffortiani videre eſt.*

CASSIA.

1. CASSIA foliolis trium parium ovatis glabris: inferioribus rotundioribus minoribus, interjecta glandula globoſa. *Hort. cliff.* 159. *n.* 11. *Roy. lugdb.* 468.

Caſſia hexaphylla, ſiliqua bicapſulari. *Plum. ſpec.* 18.

Habitat in *America Calidiore.*

Hoſpitatur per totum annum in *Caldario* ubi *Frutex* humanæ altitudinis nondum floruit.

2. CASSIA foliolis octo parium ovali-oblongis: inferioribus minoribus, petiolis glandula deſtitutis, ſtipulis patulis. *Hort. cliff.* 158.

Caſſia ſylveſtris fœtida, ſiliquis alatis. *Plum. ſpec.* 18.

Zoote-boonen-bom. *Merian. ſurin.* 58. *t.* 58.

Habitat in *Surinamo.*

Hoſpitatur in *Caldario*, arbor.

3. CASSIA foliolis trium parium obverſe ovatis, glandula ſubulata inter infima. *Roy. lugdb.* 468. *Fl. zeyl.* 152.

Caſſia humilis, ſiliquis fœnu græci. *Plum. ſpec.* 18.

Caſſia ſiliqua quadrangulari. *Dill. elth.* 72. *t.* 63. *f.* 73.

Habitat in *India* orientali.

Hoſpitatur in *Caldario*, annua apud nos.

4. CASSIA foliolis ſeptem parium lanceolatis: extimis fere minoribus, glandula ſupra baſin petiolorum. *Hort. cliff.* 199. *Gron. virg.* 47.

Senna liguſtri folio. *Plum. ſpec.* 10. *Dill. elth.* 350. *t.* 269 *f.* 338.

Habitat in *Virginia.*

Hoſpitatur in *Tepidario*, æſtate *ſub dio.*

5. CASSIA foliolis octo parium ovato-oblongis æqualibus, glandula baſeos petiolorum. *Hort. cliff.* 159.

Caſſia

Caſſia marilandica, pinnis foliorum oblongis, calyce floris reflexo. *Mart. cent.* 23. *t.* 23.

Caſſia mimoſæ foliis, ſiliqua hirſuta. *Dill. elth.* 351. *t.* 260. *f.* 339.

Habitat in *Terra Mariana.*

Hoſpitatur in *Caldario.*

6. CASSIA foliolis numeroſis, glandula petioli pedicellata, ſtipulis ſubulatis.

Caſſia foliolis plurimorum parium linearibus, ſtipulis ſubulatis. *Hort cliff.* 158.

Senna occidentalis, ſiliqua multiplici, folio herbæ mimoſæ. *Sloan. flor.* 143. *hiſt.* 2. *p.* 51. *Raj. ſupplem.* 482.

ChamæCriſta pavonis major *Comm. hort. p* 53. *t.* 27.

ChamæCriſta pavonis americana, ſiliqua multiplici. *Breyn. cent.* 24. *t.* 24.

Habitat ad viarum margines *Jamaicæ*, *Barbados*, *Curacao*, *Virginiæ.*

Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

7. CASSIA calycibus acutis, floribus pentandris. *Hort. cliff* 497. *t.* 36.

Senna ſpuria virginiana, mimoſæ foliis, floribus parvis nictitantibus. *Pluk. alm.* 341. *t.* 314. *f.* 3.

Habitat in *Virginia.*

Hoſpitatur in *Vaporariis*, annua.

POINCIANA.

1. POINCIANA aculeis geminis.

Poinciana floribus duplicato-pinnatis, foliolis oblongo-ovalibus, caule inermi. *Hort. cliff.* 158 *Fl. zeyl.* 159.

Poinciana flore pulcherrimo. *Tournef. inſt.* 619.

Flos pavonis. *Merian. ſurin.* 45. *t* 45.

Tſietti-mandaru. *Rhed. mal.* 6. *p.* 1. *t.* 1.

Habitat in utraque *India* calidiori.

Hoſpitatur in *Caldario* toto anno, frutex †.

GUILANDINA.

1. GUILANDINA aculeata, foliolis ovalibus cum acumine. *Fl. zeyl.* 156.

Bonduc vulgare minus polyphyllum. *Plum. gen.* 25.

Lobus echinatus, fructu cæſio, foliis longioribus, *Herm. prodr.* 348.

Caretti. *Rheed. mal.* 2. *p.* 35. *t.* 22.
Habitat in utraque *India.*
Hoſpitatur in *Caldario*, †, frutex.

CÆSALPINA.

1. CÆSALPINA aculeis recurvis: foliolis ovatis. *Fl. zeyl.* 157.
   Acacia glorioſa, lentiſci folio, ſpinoſa, flore ſpicato luteo, ſiliqua magna. *Pluk alm.* 4. *t.* 2. *f.* 2.
   Criſta pavonis, glycyrrhizæ folio, minor repens ſpinoſiſſima, flore luteo ſpicato minimo, ſiliqua latiſſima echinata, ſemine rotundo cinereo: lineis circularibus cincto majore. *Breyn. fil.* 58. *t.* 28.
   Habitat in *India orientali.*
   Hoſpitatur in *Caldario*, non dum florens, arbuſcula.

ANACARDIUM.

1. ANACARDIUM. *Hort. cliff.* 161. *Fl. zeyl.* 165.
   Anacardii alia ſpecies. *Bauh. pin.* 512.
   Caſchou. *Mer. ſurin.* 16 *t.* 16.
   Pharm. ANACARDII OCCIDENTALIS Nux.
   Habitat in *America* calidiore.
   Hoſpitatur in *Caldario*, Arbor †.

DICTAMNUS.

1. DICTAMNUS. *Hort. cliff.* 161.
   Dictamnus albus vulgo ſ. Fraxinella. *Bauh. pin.* 222.
   Fraxinella. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 99. *Renealm. ſpec.* 122. *t.* 121.
   β. Fraxinella flore niveo. *Tournef. inſt.* 430.
   Pharm DICTAMNI ALBI Radix.
   Habitat in Collibus lutoſis ſaxoſis *Germaniæ*, *Galliæ-Narbonenſis*, *Italiæ* & *circa Tanaim.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

RUTA.

1. RUTA foliis decompoſitis. *Hort. cliff.* 145.
   Ruta hortenſis latifolia. *Bauh. pin.* 336.
   Ruta hortenſis. *Lob hiſt.* 506.
   Peganum. *Celſ. hierob.* 2. *p.* 251.
   Pharm RUTÆ HORTENSIS Herba, *Conſerva*, *Aqua*, *Oleum*, *Oleum*, *Sal*, *Acetum*, Semina.

Sve-

Svecis Win-ruta.
Habitat in Sterilibus *Galliæ Narbonenſis*, *Italiæ*, *Hiſpaniæ*, *Africæ*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, ſæpe etiam *ſub dio*, ſed tum ſæpe perit, perennis.

ZYGOPHYLLUM.

1. ZYGOPHYLLUM capſulis priſmatico-pentaëdris.
Zygophyllum foliis petiolatis. *Hort. cliff.* 160.
Fabago belgarum ſ. Peplus pariſienſium. *Dalech. hiſt.* 456. *Tourneſ. inſt.* 259.
Capparis, Fabago. *Dod. pempt.* 747.
Habitat in *Syria*, & *Aſtracan*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex.

TRIBULUS.

1. TRIBULUS foliolis ſex parium ſubæqualibus. *Hort. cliff.* 160.
Tribulus terreſtris, ciceris folio, fructu aculeato. *Baub. pin.* 250.
Tribulus terreſtris. *Dod. pempt* 557.
Habitat ad arvorum ſemitas in *Gallia Narbonenſi* & *Italia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

FAGONIA.

1. FAGONIA foliolis lanceolatis planis lævibus.
Fagonia ſpinoſa. *Hort. cliff.* 160.
Trifolium ſpinoſum creticum. *Baub. pin.* 330. *prodr.* 142. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 242.
Habitat in *Creta*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis.

JUSSIÆA.

1. JUSSIÆA erecta, floribus tetrapetalis octandris ſeſſilibus. *Fl. zeyl.* 170.
Ludwigia capſulis oblongis. *Hort. cliff.* 491.
Lyſimachia viſcoſa glabra, parietariæ foliis, virginiana. *Pluk. alm.* 235. *t.* 203. *f.* 4.
Jaſminum catalonicum, flore luteo. *Seb. theſ.* 1. *p.* 42. *t.* 24. *f.* 3.
Habitat in *America*.
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.
Deſcr. Caulis *humanæ altitudinis*, *erectiſſimus*. Folia *lanceolata*, *utrinque acuminata*, *integra*, *glabra*, *alterna*. Flores *axillares*, *ſolitarii*, *germine oblon-*

oblongo, *tetragono*. Calyx *tetraphyllus*, *corolla longior*, *patens*. Petala *quatuor*, *lutea*. Stamina octo.

Proportio (*demta unica quinta parte*) *non diſtingvit genera*. Dixi in memoria Illuſtrium Botanicorum Fratrum *Juſſiæorum*, qvorum Cl. *Bernh. juſſiæus* præ omnibus de horto noſtro & tota re herbaria optime meruit.

DIGYNIA.

DIANTHUS.

1. DIANTHUS floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ſubovatis breviſſimis, corollis crenatis. *Hort. cliff.* 164.
Caryophyllus hortenſis. *Raj. hiſt.* 986.
Caryophyllus hortenſis ſimplex, flore majore. *Bauh. pin.* 208.
β. Caryophyllus flore pleno. *Bauh. pin.* 207.
Pharmac. TUNICÆ Flores, *Conſerva*, *Syrupus*, *Aqua*, *Acetum*, Semina.
Svecis Næglicka.
Habitat - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, vel in frigidario ubi præſtantior, perennis.
Obſ. *Variat immenſe colore & plenitudine. Petala ſuaveolentia faciunt hanc officinalem.*

2. DIANTHUS floribus ſubſolitariis, ſquamis calycinis lanceolatis, corollis crenatis. *Hort. cliff* 164.
Tunica ramoſior, flore candido cum corolla purpurea. *Dill elth.* 400. *t.* 298. *f.* 348.
Habitat in *Anglia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. Adeo *affinis eſt hæc ſpeciei* Dianthi *primi. Flor. ſvec.* 342. *ut demta magnitudine & colore difficile diſtinguantur:* Corollæ *ſubtus vireſcentes, ſupra albæ, annulo coccineo dentato.* Antheræ *cæruleſcentes.* Caulis *longior, erectior.*

3. DIANTHUS floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ſubulatis longitudine tubi patulis. *Hort. cliff.* 164.
Caryophyllus ſinenſis ſupinus, leucoji folio, flore unico. *Tournef. act.* 1705. *p.* 348. *t.* 5.
Habitat in *China*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Deſc. Radix *vivax*, *parum repens.* Caules *pedales*, *erectiuſculi*, *ſuperne dichotomi*, *læves.* Folia *lanceolata*, *anguſta*, *glabra*, *acuminata.* Calycis *ſquamulæ æquales*, *fere tubi longitudine*, *erecto-patulæ*, *e lata baſi lineares*, *acuminatæ.* Corollæ *crenatæ*, *ſubtus ſubvireſcentes*, *ſupra ſanguineæ*, *margine incarnato*, *annulo centrali nigro crenato.* Antheræ *cæruleæ.* Styli *inflexi.*

4. DIAN-

4. DIANTHUS floribus ſubſolitariis, petalis multifidis baſi canaliculatis.

Caryophyllus flore tenuiſſimo diſſecto. *Bauh. pin.* 209.

Caryophyllus plumarius, flore inodoro tenuiſſime diſſecto. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 562.

Caryophyllus ſylveſtris V. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 283.

Habitat in *Auſtria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, vivax ad ornamenta marginum expetita, perennis, ſempervirens,

Deſcr. Radix *vivax*. Stolones *numeroſi ceſpitem denſam latamque foliorum conſtituentes.* Folia *viridia, glauca.* Caules *decumbentes, pedales, ramoſi, divaricati, virides, rore glauco.* Calycum *ſquamæ ſubovatæ breviſſimæ obtuſæ cum angulo acuto; tubus ſæpe rufeſcens.* Corollæ *petala ad medium multifida, concava, incarnato-alba, baſi dehiſcentia.* Antheræ *pallidæ.* Styli *longi revoluti.* Petala *ſupra pilis vix manifeſtis remotis adſperſa ſuaviſſime olent præſertim nocte.*

Obſ. Varietas *eſt forte Fl. Svec.* 344. *ſed* ſvecica *magis ad baſin petalorum barbata, cum* hæc *pilis vagis adſperſa eſt, uti reliquæ antecedentes.* Svecica *minus ceſpitoſa, folia latiora producit. Laciniæ petalorum anguſtiſſimæ remotæ profundiores in* ſylveſtri *ſunt.*

5. DIANTHUS floribus ſubaggregatis alternis ſubſeſſilibus, ſquamis calycinis patulis tubi longitudine.

Caryophyllus ſylveſtris vulgaris latifolius. *Bauh. pin.* 209.

Caryophyllus arvenſis, calyculo flcrum numeroſo. *Loeſ. pruſſ.* 39. *t.* 7.

Betonica coronaria ſ. Caryophyllus ſylveſtris vulgatiſſimus. *Bauh. hiſt.* 3 *p.* 334.

Betonica ſylveſtris. *Fuchſ. hiſt.* 352.

Hortulanis Caryophyllus carthuſianorum.

Habitat in ſterilibus apricis *Germaniæ, Italiæ, Siciliæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Deſc. Radix *vivax.* Caulis *erectus, firmus.* Folia *lato-lanceolata, margine (cartilagineo ſerrato) ſcabro.* Flores *ſubaggregati primoribus ſeſſilibus.* Foliola *calycina ovata in acumen linearem acuminatum longitudine tubi deſinentia, ſubfuſca, patentia, hinc calyces ſquarroſi.* Petala *rubra, crenata, lateribus reflexa, circa centrum obſcurius rubra.* Antheræ *cæruleæ.* Folia *inferne caulem non vaginantia.*

6. DIANTHUS floribus aggregatis, ſquamis calycinis ſubovatis: apice ſubulatis longitudine tubi. *Hort. cliff.* 165.

α. Caryophyllus barbatus hortenſis latifolius. *Bauh. pin.* 208.

Caryophyllus carthuſianorum 1. *Tabern. hiſt.* 2. *p.* 2.

 Thyr-

Thyrſis. *Renealm. ſpec.* 48. *t.* 47. *f.* 1.

β. Caryophyllus barbatus hortenſis latifolius, flore albo.

γ. Caryophyllus barbatus hortenſis latifolius, flore variegato.

δ. Caryophyllus barbatus, flore multiplici. *Bauh. pin.* 208.
Svecis Borſt-Naglikor. *Gottlandis* Sarons-Blomſter.
Habitat forte in *Auſtria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, fert hyemes optime, hinc vulgaris, perennis.
Obſ. *Singulari modo variat hæc corollis albis, rubris, variegatis, in eodem flore diverſis coloribus, ut Mirabilis.*

7. DIANTHUS floribus aggregatis, capitulo magno, ſquamis calycinis ovatis obtuſis magnis. *Hort. cliff.* 165.
Caryophyllus barbatus ſylveſtris annuus, multis capſulis ſimul junctis donatus *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 563.
Caryophyllus ſylveſtris prolifer. *Bauh. pin.* 209. *Segu. veron.* 26. *t.* 7. *f.* 1.
Habitat in *Germaniæ*, *Helvetiæ*, *Galliæ*, *Italiæ*, *Siciliæ*. *Maderæ* ſiccioribus paſcuis ſterilibus.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſcr. Radix *biennis.* Caulis *pedalis*, *erectus*, *inferne ramoſus.* Folia *linearia, anguſtiſſima, remota.* Calyx *glaber, oblongus, compoſitus ſ. aggregatus.* Petala *minima, non crenata ſed parum emarginata, obtuſiſſima.*

SAPONARIA.

1. SAPONARIA calycibus monophyllis cylindraceis ovato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 165.
Saponaria major lævis. *Bauh. pin.* 206.
Saponaria vulgaris. *Cam. epit.* 152.

β. Saponaria flore pleno. *Corn. canad.* 209.
Pharm. SAPONARIÆ Radix, Herba.
Habitat in *Belgio*, *Anglia*, *Gallia* &c.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.
Obſ. Petala *integra*, *nectario ex unguibus acutis.*

2. SAPONARIA calycibus monophyllis cylindraceis piloſis, caule diffuſo.
Saponaria caule dichotomo, foliis lanceolatis petiolatis, floribus ſolitariis pedunculatis. *Roy. lugdb.* 445.
Lychnis orientalis annua ſupina, antirrhini folio, flore minimo purpuraſcente. *Tournef. cor.* 24. *Dill. elth.* 205. *t.* 167. *f.* 204.
Habitat in *Oriente.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Deſcr.

Deſcr. Planta *annua.* Caulis *dichotomus*, *ſubvilloſus.* Folia *lanceolata.* Calyces *pedunculati, e dichotomiis ſolitarii*, *hirſuti.* Petala *bifida absque nectario.*

Obſ. *Eſt hæc planta maxime affinis ſpeciei congeneri*, *quæ* Lychnis ſ. Ocymoides *repens montanum.* C. B. *dicitur.*

3. SAPONARIA calycibus monophyllis pyramidatis quinquangularibus, foliis ovatis acuminatis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 166. *Roy. lugdb.* 443. *Guett. flor.* 2. *p.* 287.

Lychnis ſegetum rubra, foliis perfoliatis. *Bauh. pin.* 204.

Vaccaria *Dod. pempt.* 104. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 357.

Thamæcnemon. *Trag. hiſt.* 130.

Habitat ubique inter ſegetes *Germaniæ, Galliæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. Petala *emarginata absque nectario* Calyx *ovato-pyramidatus*, *angulis quinque*, *compreſſis*, *concavis*, *glabris.*

4. SAPONARIA calycibus pentaphyllis, corymbis faſtigiatis, foliis lanceolatis, caule adſcendente.

Lychnis alpina linifolia multiflora, perampla radice. *Tournef. inſt.* 338. *Scheuch. alp.* 132.

Caryophyllus ſaxifragus, foliis gramineis, minor. *Bauh. pin.* 211.

Caryophyllus alpinus, craſſo linariæ folio. *Bocc. muſ.* 23. *t.* 5. *f.* 1. *Raj. app.* 483.

Habitat in alpibus *Helveticis*, in deſertis ſabuloſis ad *Tanaim.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Obſ. *Differt hæc a* Saponaria *Fl. ſvec.* 340. *magnitudine & foliis latioribus triplo quadruplove; cætera exacte eadem, ut fere dubitem, utrum ſpecie vere diſtincta.*

4. SAPONARIA calycibus pentaphyllis, floribus aggregatis, foliis mucronatis canaliculatis recurvis.

Caryophyllus ſaxatilis, ericæ foliis, umbellatis corymbis. *Bauh. pin.* 211. *prodr.* 105. *Raj. hiſt.* 1033. *Magn. monſp.* 53. *t.* 5.

Habitat in monte *Vigou Galliæ & Monſpelii* in deſcenſu montis *Capouladou.*

Hoſpitatur *ſub dio*, enata e ſeminibus clariſſ. Sauvageſii, mox periit.

Deſcr. Radix *ceſpites conſtituens*; rami *numeroſi*, *erecti.* Folia *triquetra*, *ſubulata*, *breviſſima*, *recurva*, *canaliculata*, *acuta*, *inferiora propiora.* Flores *aggregati*, *caules terminales.*

SAXIFRAGA.

1. SAXIFRAGA foliis lingulatis radicalibus: margine cartilagineo acute ſerratis, floribus paniculatis. *Fl. ſvec.* 355.

Saxi-

Saxifraga foliorum marginibus cartilagine crenatis. *Hort. cliff.* 168.

β. Sedum ſerratum album bicorne, folio breviore: marginibus argenteis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 478. *ſ.* 12. *t.* 9. *f.* 19.

Cotyledon minor, foliis ſubrotundis ſerratis. *Bauh. pin.* 285. *prodr.* 133. *Raj. hiſt.* 1046.

Habitat in variis *Alpibus.*
Hoſpitatur *ſub dio*, qvotannis florens, perennis.

2. SAXIFRAGA foliis cuneiformibus retuſis radicalibus, ſinuato ſerratis margine acutis caule paniculato.

Geum folio ſubrotundo minori, piſtillo floris rubro. *Magn. hort.* 88. *t.* 88. *Raj. ſuppl.* 508.

Habitat in alpibus *Cantabrigicis*, *Rheticis*, *Pyrenæis.*
Hoſpitatur in *ſub dio*, quotannis florens, perennis.

TRIGYNIA.

MALPIGHIA.

1. MALPIGHIA foliis ovatis integerrimis glabris. *Hort. cliff.* 169.

Malpighia mali punici facie. *Plum. gen.* 46.

Ceraſus jamaicenſis, fructu tetragono. *Comm. hort.* 1. *p.* 145. *t.* 75.

Ceraſus americana, myrti conjugatis foliis, fructu acerbo. *Pluk. alm.* 94. *t.* 157. *f.* 4.

Arbor baccifera, fructu ſubrotundo, fructu ceraſino ſulcato. *Sloan. flor.* 172. *hiſt.* 2. *p.* 106. *t.* 107. *f.* 2. *Raj. dendr.* 174.

Ibipitanga. *Marcgr. braſ.* 116. *Piſ. braſ.* 121, 187. *Raj. dendr.* 95.

Habitat in *Jamaica*, *Surinama*, *Curacao.*
Hoſpitatur in *Caldario*, arbor.
Deſc. Arbor, *caulebrachiato ramoſiſſimo.* Folia *oppoſita*, *ovata*, *utrinque acuta*, *ſubſeſſilia.* Flores *laterales*, *ſolitarii.* Calyces *pulchre poris melliferis inſtructi.*

GARIDELLA.

1. GARIDELLA. *Hort. cliff.* 170.

Gari-

Garidella foliis tenuiſſime diſſectis. *Tournef. inſt.* 655. *Garid. provinc.* 203 *t.* 39. *opt.*

Nigellaſtrum raris & fœniculaceis foliis. *Magn. hort.* 145. *t.* 143.

Habitat in *Gallo-provincia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

CUCUBALUS.

1. CUCUBALUS caule ramoſo, floribus trigynis, fructu colorato globoſo. *Hort. cliff.* 170.

Cucubalus plinii. *Dalech. hiſt.* 1429. *Tournef. inſt.* 339.

Alſine ſcandens baccifera. *Bauh. pin.* 250.

Alſine repens. *Dod. pempt.* 403.

Habitat in umbroſis ſepibus *Germaniæ*, *Galliæ*, *Italiæ*, *Tatariæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, ſæpius perdurans hyemes.
Deſcr. Radix *vivax.* Caules *procumbentes*, *diffuſi*, *teretes*, *divaricati.* Folia *ovata*, *utrinque mucronata*, *vix corollata*, *ſed ejus loco gibboſitas corallæ prominens.*

2. CUCUBALUS floribus trigynis erectis, petalis bifidis corollatis, calycibus fructus pendulis inflatis: angulis decem ſcabris.

Cucubalus floribus trigynis erectis, fructibus pendulis, calycibus ſtriis decem criſpis. *Hort. cliff.* 170.

Cucubalus floribus trigynis erectis, calycibus fructus pendulis anguloſis. *Hort. cliff.* 171.

Lychnis ſupina ſicula, calyce ampliſſimo ſtriato. *Tournef. inſt.* 336.

Viſcago hirſuta ſicula, lychnidis aquaticæ facie, ſupina. *Dill. elth.* 421. *t.* 312. *f.* 404.

Habitat in *Creta.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, †.
Obſ. Radix *annua.* Facies *Cucubali Fl. Svec.* 361. *ſed diffuſa & flores hermaphroditi.* Calyces *fructus penduli alterni inflati*, *angulis decem compreſſis*, *margine ſetulis truncatis criſpo.*

3. CUCUBALUS calycibus fructus ovatis erectis: angulis decem alternis venoſis.

Lychnis noctiflora. *Bauh. pin.* 205. *Raj. hiſt.* 994.

Ocymoides noctiflorum. *Cam. hort.* 109. *t.* 34.

Habitat in *Germania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſcr. Radix *annua.* Caulis *erectus piloſus viſcidus.* Folia *lato-lanceolata*, *piloſa.* Flores *ex dichotomia caulis*, *ſolitarii*, *pedunculati*, *obliqvi*, *albidi*, *calyci-*

calycibus cylindricis. Petala *bifida.* Calyces *fructus globoſo-ovati, farcti, ſtriati, reticulato-venoſi, qvinqvedentati, dentibus longitudine fere calycis.* Flos *nocte apertus, odoratus æſtate, non autumno.*

4. CUCUBALUS calycibus fructus (triginta ſtriis) globoſis acuminatis, foliis glabris.

Cucubalus calycibus conicis ſtrictis. *Hort. cliff.* 171.

Lychnis ſylveſtris latifolia, calycibus turgidis ſtriatis. *Baub. pin.* 205.

Lychnis ſylveſtris ſecunda. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 228.

Habitat inter ſegetes *Hiſpaniæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Deſc. Radix *annua.* Caulis *piloſo-viſcidus.* Folia *lanceolata, glabra.* Calyces *fructus globoſi, acuminati, ſtriis 30 hiſpidis.* Capſula *globoſa acumine cylindrico.* Petala *parva, indiviſa, integra;* Nectaria *trifida acuta, & præterea ad marginem baſeos corollæ utrinque denticulus.*

5. CUCUBALUS calycibus fructus conicis: triginta ſtriis, foliis mollibus.

Lychnis ſylveſtris anguſtifolia, calycibus turgidis ſtriatis. *Baub. pin.* 205.

Habitat inter ſegetes *Hiſpaniæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Deſcr. Radix *annua.* Caulis *tomentoſus, aridus.* Folia *linearia, ſubtomentoſa.* Calyces *fructus conici, minime ad globoſam figuram accedentes, ſtriis 30, parallelis, hiſpidis, adeoque* differt in *paucis a præcedenti. Præſertim cum nectaria & dentes laterales ut in præcedenti ſeſe habeant.*

6. CUCUBALEUS foliis qvaternis.

Silene foliis qvaternis. *Gron. virg.* 50.

Lychnis caryophyllæus virginianus, gentianæ foliis glabris qvatuor ex ſingulis geniculis caulem amplexantibus, flore amplo fimbriato. *Raj. hiſt.* 1895.

Habitat in *Virginia.*

Hoſpitatur in *Caldario.*

Deſc. Radix *fibroſa.* Caulis *erectus, obtuſe tetragonus, glaber, articulatus.* Folia *quaterna, ovato-lanceolata, ſeſſilia, glabra, acuminata, integerrima.* Rami *oppoſiti, breves.* Flores *paniculati.*

SILENE.

1. SILENE floribus faſtigiatis coronatis, foliis ſuperioribus cordatis glabris.

Silene foliis lanceolato-ovatis glabris, floribus terminatribus faſciculatis faſtigiatis. *Hort. cliff.* 172.

Lychnis viſcoſa purpurea latifolia lævis. *Baub. pin.* 205.

Muſcipula ſ. Armoria altera. *Lob. ic.*

Ame-

Armerius flos qvartus. *Dod. pemp.* 176.

β Lychnis viſcoſa alba latifolia lævis. *Tournef. inſt.* 205.

Habitat *Monſpelii.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

Deſcr. Radix *annua.* Caulis *& tota planta glabra & erecta, articuli caulis ſuperne viſcoſi.* Folia *oblonga, ſuperiora cordata, glabra omnia.* Flores *terminales ſubcontigua dichotomia; petala emarginata, corollata, dentibus acuminatis patulis.*

2. SILENE caule fruticoſo foliato, foliis lineari-lanceolatis, fructu ovato. *Hort. cliff.* 171.

Lychnis ſylveſtris myrtifolia, Behen albo ſimilis. *Bauh. pin.* 205.

Behen albo officinarum ſimilis planta ſempervirens. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 357.

Ocymoides fruticoſum. *Cam. hort.* 109. *t.* 33.

Habitat in *Sicilia.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, ſempervirens.

3. SILENE petalis nudis bipartitis, floribus ſecundis, pedunculis oppoſitis ſolitariis erectis, caule ſimpliciſſimo.

Lychnis ſeptentrionalium, foliis hyſſopi, floribus uno verſu poſitis albis. *Gerb. volg.* 159. *Hall. gott.* 33. *deſc.*

Lychnis ruthenica fruteſcens & perennis, hyſſopi foliis, flore ex albido. *Gerb. ſamar.* 177.

Habitat in *Tartaria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Deſcr. Radix *perennis.* Caules *tripedales, recti, erecti, teretes, geniculati, ſimpliſſimi.* Folia *oppoſita, linearia, acuminata, ſubcarinata.* Ramulorum *rudimenta ex alis.* Pedunculi *oppoſiti, ſolitarii, erecti, cauli adpreſſi, ſæpius ſimpliciſſimi (rarius triflori), ad baſin geniculati, ſtipulis duabus oppoſitis.* Calyces *ſecundi, oblongi, horizontales, ſulcati.* Petala *quinqve, limbis bifidis: laciniis linearibus, obtuſis, albis, absque nectario.*

4. SILENE floribus paniculatis, petalis linearibus bipartitis nudis, ſtaminibus longis, foliis lato-lanceolatis.

Silene foliis ovatis utrinque acutis, caule paniculato, floribus nutantibus tenuiſſimis. *Roy. lugdb.* 446.

Lychnis viſcoſa altiſſima, flore muſcoſo, ocymaſtri facie. *Cupan. cathol.* 120.

Habitat in *Italia.*

Hoſpitatur *ſub dio* & in *Frigidario*, perennis, ſerius florens.

Deſcr.

Deſcr. Radix *vivax*. Caulis *tripedalis*, *brachiatus*, *ramoſiſſimus*, *nudus*, *articulatus*. Rami *ſummi dichotomi*. Pedunculi *e dichotomia ſolitarii*, *uniflori*, *longi*, *tenuiſſimi*. Calyces *clavati*, *læves*, *purpuraſcentes*. Corolla *nuda limbo bipartito*. Stamina *alba*, *petalis fere longiora*. Folia *lanceolato ovata ſ. lato-lancelata*, *viridia*, *ſed ſcabra*.

Obſ. *Differt a* Viſcagine *nocturna non viſcoſa herbaceo flore*. *Dill elth. 425. t. 316. Corolla alba nec viridi*, *petalis anguſtis ſed non linearibus*, *calyce rubro nec viridi*.

5. SILENE floribus ſpicatis alternis ſolitariis ſubſeſſilibus erectis, corollis obſoletis nudis.

Lychnis ſegetum meridionalium annua hirta, floribus albis uno verſu diſpoſitis. *Moriſ. hiſt. 2. p.* 544. *Raj. hiſt. 996.*

Lychnis ſylveſtris alba, ſpica reflexa. *Magn. monſp.* 171. *t.* 170.

Habitat *Monſpelii.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Deſcr. Radix *annua*. Caulis *pedalis*. Folia *lanceolata*, *rami parvi*. Flores *alterni*, *ſeſſiles vel ſubſeſſiles*. Corolla *vix ulla apparet*, *breviſſima eſt*, & *petalis bifidis vix conſpicuis*.

Obſ. *Non vidimus ſpicam reflexam uti Magnolius eam habet*, *ſed rectam ab altero latere tantum flores ferentem*.

6. SILENE erecta lævis, calycibus erectis ſulcatis, petalis emarginatis coronatis.

Lychnis viſcoſa, foliis inferioribus bellidi minori ſimilibus, flore minimo carneo aut rubro. *Magn. hort.* 126.

Viſcago foliis inferioribus bellidis, ſuperioribus tunicæ, calyce ſtrictiore & turgidiore. *Dill. elth.* 422. *t.* 313. *f.* 404. 405.

Lychnis cretica anguſtifolia, floribus pediculis longiſſimis inſidentibus, capſula pyramidata. *Tournef. cor.* 24.

Habitat in *Creta.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Deſcr. Radix *annua*. Caulis *bipedalis*, *erectus*, *anguſtus*, *non hirſutus*, *infra genicula viſcidus*, *ſtrictus*, *ramis pedunculisque longis*. Folia *inferiora lanceolata*, *extrorſum latiora*; *ſuperiora lineari-acuminata*. Calyces *læves oblongi*, *erecti*, *ſulcis 10 profunde plicati*, *erecti*. Corollæ *infundibuliformes*, *rubræ*, *nectario cylindraceo acute dentato*, *emarginatæ*, *obtuſæ reſpectu calicis breves*.

7. SILENE erecta lævis, calycibus ſubgloboſis glabris venoſis, corollis inapertis coronatis.

Viſcago luſitanica, flore rubello vix conſpicuo. *Dill. elth.* 423. *t.* 313. *f.* 406.

Lych-

Lychnis ſylveſtris, floſculo rubro vix conſpicuo. *Griſl. virid.*

Habitat in *Luſitania.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Deſc. Radix *annua.* Caulis *erectus, rectus, vix pedalis, non ramoſus.* Folia *inferiora cuneiformia obtuſa, ſuperiora lanceolata; articulus ſupremus caulis longior.* Flores *conferti caulem terminant, dichotomi, tres vel ſeptem.* Calyces *glabri cæſii ſubgloboſi venoſi.* Corollæ *rubræ, bifidæ, nectariferæ vix unqvam apertæ, minutiſſimæ & vix conſpicuæ.*

8. SILENE petalorum limbis integerrimis ſubrotundis, fructibus erectis alternis. *Hort. cliff.* 171.

Lychnis hirſuta minor, flore variegato. *Tournef. inſt.* 338.

Lychnis hirſuta, flore eleganter variegato. *Raj. hiſt.* 997.

Hortulanis Vulnera quinque Chriſti.

Habitat in *Hiſpania.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

9. SILENE hirſuta, petalis emarginatis coronatis, floribus erectis, fructibus reflexis ſubſeſſilibus alternis.

Lychnis arvenſis anglica. *Lob. illuſt.* 97.

Lychnis arvenſis minor anglica. *Park. theatr.* 638.

Lychnis ſylveſtris parva. *Johnſ. cat.* 20.

Lychnis ſylveſtris, flore albo minimo. *Raj. hiſt.* 996.

Lychnis hirſuta minima, flore albicante. *Pluk. alm.* 230.

Lychnis ſylveſtris hirſuta annua, flore minore albo. *Vaill. pariſ.* 121. *t.* 16. *f.* 12.

Viſcago ceraſtii foliis, vaſculis pendulis, anglica. *Dill. elth.* 417. *t.* 309. *f.* 398.

Habitat in *Anglia* circa *Bockingham.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Deſcr. Radix *annua.* Planta *parva, facie* Ceraſtii, *diffuſa.* Folia *lanceolato cuneiformia, parum villoſa.* Caules *tomentoſi; rami alterni.* Flores *ex alterna ala, ſolitarii, ſeſſiles.* Corollæ *minimæ, coronatæ, albæ ſtriis purpureis.* Calyces *fructus horizontales, vel nutantes omnino, & divaricati, piloſi, ſulcati.*

10. SILENE hirſuta, petalis dentatis coronatis, floribus erectis, fructibus reflexis ſubſeſſilibus alternis.

Lychnis ſylveſtris, ſtellato flore. *Griſ. luſit.*

Viſcago hirſuta luſitanica, ſtellato flore. *Dill. elth.* 420. *t.* 311. *f.* 401.

Habitat in *Luſitania.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. *Differt a priori petalis emarginatis crenatis, cæterum conveniunt, & vix ſpecie diverſæ ſunt.* Calyces *valde hirſuti ſunt.*

11. SILENE petalis bifidis coronatis: corolla coadunata, calycibus erectis raris piloſis, foliis infimis ſubrotundis.

Viſcago hirſuta, amœno flore. *Dill. m. ſ. ſ.*
Habitat in *Tartaria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſcr. Radix *annua.* Caulis *erectus*, *brachiatus*, *ſemi-pedalis.* Folia *infima obverſe ovata*, *reliqua lanceolata.* *Summi articuli ramorum longiſſimi.* Calyces *oblongi*, *hirſuti*, *ſtriis decem anguſti.* Limbus corollæ *calyce duplo brevior*, *bifidus*, *pallide incarnatus*, *ſubtus flaveſcens.* Nectarium *ore cylindrico prominet*, *quod conſtat ſquamula petali obtuſiſſima vix manifeſte emarginata*, *ſed cohærent quinque ſquamulæ in unam velut connatæ.* Antheræ *albæ.* Caulis & Folia *parum piloſa*, *magis tamen* Calyces.

12. SILENE petalis bilobis coronatis, floribus erectis, foliis ſubciliatis.

Silene corymbo dichotomo, floribus pedunculatis, ramis alternis erectis, foliis lanceolatis integerrimis. *Gron. virg.* 50.

Silene foliis lanceolatis glabris, pedunculis trifidis, petalis emarginatis, calycibus ovatis. *Roy. lugdb.* 447.

Viſcago americana noctiflora, antirrhini folio. *Dill. elth.* 422. *t.* 313. *f.* 403.

Lychnis caroliniana rubra minus hirſuta. *Pet. ſic.* 29. *Raj. app.* 2. *p.* 246.

Lychnis elatior glabra, floſculis albis ad ſumma caulium internodia rubidum exſudans viſcum. *Pluk. alm.* 231.

Lychnis virginiana elatior, floribus parvis in ſummitate caulis. *Pluk. mant* 121.
Habitat in *Virginia*, *Carolina.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

13. SILENE (viſcago) foliis imis petiolatis ovatis, floribus puniculatis: corollis emarginatis nudis. *Hall. göett.* 33. 91. *t.* 1. *deſcr. fig.*
Habitat in imperio *Rhuteno*, miſſa a Cl. Hallero.
Hoſpitatur *ſub dio*, nuper enata, perennis.

PENTA-

PENTAGYNIA.

CERASTIUM.

1. CERASTIUM foliis connatis. *Hort. cliff.* 173.
Myoſotis orientalis perfoliata, lychnidis folio. *Tournef. cor.* 18. *Dill. elth.* 295. *t.* 217. *f.* 284.
Habitat in *Oriente.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

CORONARIA.

1. CORONARIA tomentoſa, foliis ovato-lanceolatis.
Lychnis coronaria dioſcoridis ſativa. *Bauh. pin.* 203.
Lychnis coronaria. *Dod. pempt.* 170. *Lob. hiſt.* 181.
β. Lychnis coronaria dioſcoridis ſativa alba. *Tournef. inſt.* 334.
Habitat in *Italia* & apud *Ananienſes.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

2. CORONARIA glabra, foliis lineari-lanceolatis.
Lychnis ſegetum, Nigellaſtrum minus glabrum dicta, flore eleganter rubello. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 543. *ſ.* 5. *t.* 22. *f.* 32.
Lychnis foliis glabris, calyce duriore. *Bocc rar.* 27.
Pſeudo Melanthium glabrum ſiculum. *Raj. hiſt.* 999.
Habitat in *Sicilia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua †.
Deſcr. Radix *annua.* Caulis *pedalis*, *tener*, *vix erectus*, *alterne ramoſus*, *articulatus*, *glaber.* Folia *lineari-lanceolata*, *acuminata*, *integerrima.* Calyx *clavatus*, *longitudine unguium corollæ*, *qvinqvedentatus*, *decem ſulcis rugoſis.* Petala *purpuraſcentia*, *emarginata*, *ad baſin limbi denticulis duobus.* Styli *qvinqve reflexi.*

LYCHNIS.

1. LYCHNIS floribus faſciculatis faſtigiatis. *Hort. cliff.* 174.
Lychnis hirſuta, flore coccineo, major. *Bauh. pin.* 203.
Lychnis calcedonica miniata. *Lob. hiſt.* 183.
Flos conſtantino-politanus. *Dod. pempt.* 178.
β. Lychnis hirſuta, flore candido, major. *Tournef. inſt.* 334.

γ. Lychnis calcedonica, flore pleno miniato ſ. aurantiaco. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 210.
Svecis Studentroſer.
Habitat in *Tatariæ oroburgenſis* pratis circa fluvium *Sacmaram*, & circa *Wolgam*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

OXALIS.

1. OXALIS pedunculis multifloris, caule ramoſo herbaceo. *Hort. cliff.* 178.
Oxys flore luteo. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 249.
Oxys lutea corniculata repens. *Lob. ic.* 32.
Trifolium acetoſum corniculatum. *Bauh. pin.* 330.
Habitat in *Italia*, *Sicilia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua cicur.

SEDUM.

1. SEDUM foliis ſerratis, corymbo folioſo.
Anacampſeros flore flavo. *Amm. ruth.* 73. *n.* 96. *t.* 11.
Habitat in *Sibiria*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Deſcr. Radix *perennis*. Caules *ſæpius decumbentes vel florentes adſcendentes, glabri, teretiuſculi.* Folia *lanceolata, ſuperne latiora, ſupra medium ſerrata.* Corymbi *caules terminantes, lutei omnibus fructificationis partibus. ſed folia etiam corymbis ſubtus affixa.* Stamina *decem*.

2. SEDUM foliis cuneiformibus concavis obtuſe dentatis, ramis repentibus apice roſaceo-foliatis.
Sedum minus repens, chamædryos foliis, e ſingulis foliorum alis radices agens. *Amm. ruth.* 11. *n.* 93.
Habitat in *Tartariæ ad* pedes *uralenſium* montium.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

PENTHORUM.

1. PENTHORUM, *Gron. virg.* 51. *deſcr.*
Habitat in *Virginiæ* umbroſis & madidis.
Hoſpitatur in *vaporario*, annua †.

DECA-

DECAGYNIA.

NEURADA.

1. NEURADA.

Chamædrifolia tomentoſa maſcarienſis. *Pluk. alm.* 97. *t.* 275. *f.* 6. *Schaw. afr.* 133.

Habitat in *Ægypto*, & *Arabia*.

Hoſpitatur in *Vaporario*, ſemina miſſa a clariſ. *Juſſiæo.* ☉. annua.

Obſ. Planta *diffuſa annua ramoſa tomentoſa.* Folia *ovata ſinuata, Dryadis ſimilia hinc dubius ſum de ſynonymo.*

PHYTOLACCA.

1. PHYTOLACCA foliis integerrimis. *Hort. cliff.* 177. *Gron. virg.* 161.

Phytolacca vulgaris. *Dill. elth.* 318. *t.* 239. *f.* 309.

Solanum virginianum rubrum racemoſum, baccis torulis canaliculatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 522. *ſ.* 13. *t.* 1. *f.* 22.

Habitat in *Virginia*, *Jamaica*, *Mexico*.

Hoſpitatur in *Frigidario*, ſæpe etiam *ſub dio*, perennis.

Obſ. *Folia alterna, ſed pedunculi e regioni folii ſeu folio oppoſiti prodeunt e caule, ut in* Saururo, Pipere, &c. *quod indicat affinitatem familiæ.*

* * * * * * * * *

CLASSIS. XII.

DODECANDRIA

MONOGYNIA.

LYTHRUM.

1. LYTHRUM foliis alternis linearibus, floribus hexandris.

   Lythrum foliis alternis. *Hort. cliff.* 178.
   Salicaria hyſſopi folio latiore. *Tourneſ. inſt.* 253. *Hall. rupp. Jen.* 147. *t.* 2. *f.* 3. *opt.*
   Hyſſopifolia. *Bauh. pin.* 218.
   Habitat ubi aqvæ per hyemem ſtagnarunt in *Germania.*
   Hoſpitatur in *Vaporariis & Solariis*, annua.

DIGYNIA.

AGRIMONIA.

* AGRIMONIA foliis omnibus pinnatis, fructibus hiſpidis. *Hort. cliff.* 179. *Roy. lugdb.* 240. *Hall. belv.* 407. *Fl. ſvec.* 394.

β. Agrimonia orientalis humilis, radice craſſiſſima repente, fructu in ſpicam brevem & denſam congeſto. *Tourneſ. cor.* 21.
   Habitat in *Oriente.*
   Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

POLYGYNIA.

SEMPERVIVUM.

1. SEMPERVIVUM caule inferne nudo lævi ramoſo. *Hort. cliff.* 179.

   Sempervivum ſ. Sedum arboreſcens majus. *Dod. pempt.* 127.
   Habitat in Scopulis *Cretæ, Corcyræ, Zacinthæ.*
   Hoſpitatur in *Tepidario*, per hyemem in *Apricario* per æſtatem, ſucculentus frutex ſempervirens.

CLAS-

CLASSIS. XIII.

ICOSANDRIA

MONOGYNIA.

CACTUS.

1. CACTUS ſubrotundus tectus tuberculis ovatis barbatis. *Hort. cliff.* 181.
   Echino MeloCactus minor lacteſcens, tuberculis ſ. mamillis majoribus. *Herm. parad.* 136. *t.* 136.
   Ficoides ſ. Ficus americana ſphærica tuberculata lacteſcens, flore albo, fructu rubro pyramidali. *Comm. hort.* 1. *p.* 105. *t.* 55.
   Ficoides ſ. MeloCactus mamillaris glabra ſulcis carens, fructum ſuum undique fundens. *Pluk. alm.* 148. *t.* 29. *f.* 1.
   Habitat in rupibus *Curaſſaviæ Americæ* calidioris.
   Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.
2. CACTUS quatuordecim-angularis ſubrotundus. *Hort. cliff.* 181.
   Melocactus indiæ occidentalis. *Baub. pin.* 384.
   EchinoMeloCactus. *Cluſ. exot.* 92. *t.* 92.
   Habitat in rupibus *Jamaicæ* & *Americæ* calidioris.
   Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.
3. CACTUS quadrangularis longus erectus: angulis compreſſis. *Hort. cliff.* 181.
   Cereus erectus minor, fructu ſpinoſo, coſtarum numero varians. *Herm. parad.* 117.
   Ficoides ſ. Ficus americana erecta cerei effigie maxima craſſiſſima quadrangularis. *Kigg. beaum.* 20.
   Habitat in *Curacao* & *America* calidiori.
   Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.
4. CACTUS ſexangularis longus rectus.
   Cereus erectus altiſſimus ſurinamenſis. *Herm. parad.* 116. *Raj. dendr.* 23.
   Cereus ſurinamenſis. *Eph. N. C.* 3. *p.* 394. *t.* 7. 8.

Habitat in *Surinami.*
Hoſpitatur in *Caldario* hyeme, æſtate in *Apricario*, ſucculenta.

5. CACTUS octangularis longus erectus: angulis obtuſis. *Hort. cliff.* 181. *n.* 5.
Cereus erectus, fructu rubro non ſpinoſo. *Herm. par.* 114. *t.* 114.
Cereus peruanus ſpinoſus, fructu rubro nucis magnitudine. *Bauh. pin.* 458.
Habitat in aridis, apertis, arenoſis, maritimis *Jamaicæ.*
Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.

6. CACTUS compreſſus articulatus ramoſiſſimus, articulis ovatis, ſpinis ſetaceis. *Hort. cliff.* 183. *Gron. virg.* 54.
Ficus indica, folio ſpinoſo, fructu majore. *Bauh. pin.* 458.
Ficus indica *Dod. pempt.* 813. *Lob. ic.* 2. *p.* 241.
Habitat in *Nova Hiſpania*, & *Virginia.*
Hoſpitatur in *Tepidario* per hyemem, in *Apricario* per æſtatem, ſucculenta.

7. CACTUS compreſſus articulatus ramoſus: articulis ovato-oblongis, ſpinis ſetaceis. *Hort. cliff.* 183.
Opuntia maxima, folio ſpinoſo latiſſimo & longiſſimo. *Tournef. inſt.* 240.
Habitat in *America calidiori.*
Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.

8. CACTUS compreſſus articulatus ramoſus: articulis ovato-oblongis, ſpinis ſubulatis. *Hort. cliff.* 183.
Opuntia major, folio oblongo-rotundo, ſpinis longis & validiſſimis confertim naſcentibus obſito, flore luteo. *Sloan. flor.* 193. *hiſt.* 2. *p.* 149. *t.* 224. *f.* 1.
Tuna major, ſpinis validis flavicantibus, flore gilvo. *Dill. elth.* 396. *t.* 295. *f.* 238.
Habitat in *Jamaica* & aliis regionibus calidioris *Americæ.*
Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.

9. CACTUS tereti-compreſſus articulatus ramoſus. *Hort. cliff.* 182.
Ficus indica ſ. Opuntia curaſſavica minima. *Comm. hort.* 1. *p.* 107. *t.* 56.
Ficus indica ſ. Opuntia minor cauleſcens arbuſculæ in modum ramis cineritiis ſpinoſiſſima. *Pluk. alm.* 147. *t.* 281.
Habitat in *Curaçao.*
Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.

10. CACTUS compreſſus articulatus ramoſus, articulis ovato-oblongis ſubinermibus.

Tuna mitior, flore ſanguineo cochenillifera. *Dill. elth.* 399. *t.* 197. *f.* 383.

Ficus indica major lævis ſ. ſpinoſa vermiculos, quos cochenilla vocant, proferens. *Pluk. alm.* 146. *t.* 281. *f.* 383.

Opuntia maxima, folio oblongo rotundo majore ſpinulis mollibus & innocentiſſimis obſito, flore ſtriis rubris variegato. *Sloan. flor.* 194. *hiſt.* 2. *p.* 152. *t.* 8. *f.* 1. 2.

Habitat in *Jamaica*,
Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.

11. CACTUS ſcandens, angulis quinque obtuſis. *Hort. cliff.* 182.

Cereus americanus major articulatus, flore maximo nocte ſe aperiente & ſvaviſſimum odorem ſpirante. *Volk. heſp* 1. *p.* 233. *t.* 234.

Habitat in *Jamaica* & *Vera Cruce.*
Hoſpitatur in *Caldario*, parietes ſcandens, ſucculenta.

12. CACTUS ſcandens: angulis decem obſoletis.

Opuntia minima flagelliformis. *Plum. ſpec.* 6.

Cereus minimus ſcandens polygonus articulatus *Boerh.*

Cereus ſcandens minor polygonus. *Herm. parad.* 120. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 293

Ficoides americanum, ſ. Cereus minima ſerpens americana. *Pluk. alm.* 148. *t.* 158. *f.* 6.

Habitat in *America* calidiori.
Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.
Deſcr. *Minimus eſt, vix calamo ſcriptorio craſſior, angulis ita obſoletis & punctis echinatis ita confertis, ut anguli difficile numerentur.*

13. CACTUS triangularis ſcandens articulatus. *Hort. cliff.* 182.

Cereus ſcandens minor trigonus articulatus, fructu ſvaviſſimo. *Herm. parad.* 118.

Ficoides americanum ſ. Cereus erectus criſtatus, foliis triangularibus, profunde caniculatis. *Pluk. alm.* 147. *t.* 29. *f.* 3.

Habitat in arboribus campeſtribus *Jamaicæ*, *Braſiliæ*.
Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.

14. CACTUS caule tereti arboreo ſpinoſo, foliis lanceolato-ovatis.
Pereſkia. *Hort. cliff.* 183.
Pereſkia aculeata, flore albo, fructu flaveſcente. *Pluk. gen.* 35. *Dill. elth.* 305. *t.* 222. *f.* 294.
Portulaca americana latifolia ad foliorum ortum lanugine obducta, longioribus aculeis horrida. *Pluk. alm.* 304. *t.* 215. *f.* 6.
Malus americana ſpinoſa, portulaccæ folio, fructu folioſo, ſemine reniformi ſplendente. *Comm. hort.* 1. *p.* 135. *t.* 30.
Habitat in Inſula *Margaretha*, *Jamaica*.
Hoſpitatur in *Caldario*, toto anno, non florens, arbor.

P S I D I U M.

1. PSIDIUM ramis quadrangulis.
Pſidium caule quadrangulo. *Hort. cliff.* 184. *Fl. zeyl.* 192.
Guajava alba dulcis. *Comm. hort.* 1. *p.* 121. *t.* 63.
Guajava alba acida, fructu rotundiore. *Pluk. alm.* 181. *t.* 193. *f.* 4.
Guajabo pomifera indica. *Bauh. pin.* 437.
Habitat in campeſtribus *Indiæ* calidioris.
Hoſpitatur in *Caldario* per totum annum, non florens, arbor.

P U N I C A.

1. PUNICA. *Hort. cliff.* 134.
Punica quæ Malum Granatum fert. *Tournef. inſt.* 636.
Malus punica ſativa. *Bauh. pin.* 438.
Malus punicum. *Lob. hiſt.* 564.
Rimmon. *Celſ. hierob.* 1. *p.* 271.
Pharm. GRANATORUM Flores, Cortex, Semina.
Svecis Granat-tråd.
Habitat in *Gallia Narbonenſi*, *Italia Hiſpania*, *Africa*, ſolo macri cretaceo.
Hoſpitatur in *Tepidario*, arbor.

P H I L A D E L P H U S.

1. PHILADELPHUS. *Hort. cliff.* 188.
Syringa alba ſ. Philadelphus athenæi. *Bauh. pin.* 398.
Frutex coronarius. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 55.

Habi-

Habitat - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, frequens, frutex, cicur.

MYRTUS.

1. MYRTUS floribus ſolitariis, calyce fructus diphyllo. *Hort. cliff.* 42.
β. Myrtus foliis minimis & mucronatis. *Baub. pin.* 469.
Myrtus domeſtica, fructu albo. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 67.
γ. Myrtus minor vulgaris. *Baub. pin.* 469.
Myrtus tarentina. *Dalech. hiſt.* 237.
δ. Myrtus bætica latifolia 2. *Baub. pin.* 469.
Myrtus bætica latifolia exotica. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 65.
Hadas. *Celſ. hierob.* 2. *p.* 17.
Pharm. MYRTI Folia, Baccæ, Oleum.
Svecis Myrten.
Habitat in locis nec fervidis nec gelidis totius orbis, in *Gallia Narbonenſi*, *Italia*, in *Aſia. Africa.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbor ſempervirens.

STYRAX.

1. STYRAX. *Hort. cliff.* 187. *Cam. epit.* 38.
Styrax folio mali cotonei. *Baub. pin.* 452.
Pharm. STYRACIS CALAMITÆ Reſina *Oleum.*
Habitat in agro *Romano*, *Creta*, *Syria*, *Palæſtina.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, Arbor.

AMYGDALUS.

1. AMYGDALUS foliis petiolatis: ſerraturis infimis glanduloſis. *Hort. cliff.* 186.
β. Amygdalus ſativa. *Baub. pin.* 441.
Amygdalus dulcis. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 174.
Amygdalus. *Dod. pempt.* 798.
Schaked. *Celſ. hierob.* 1. *p.* 297.
Pharm. AMYGDALÆ DULCIS Nuclei, *Oleum.*
β. Amygdalus amara. *Baub. pin.* 441. *hiſt.* 1. *p.* 174.
Pharm. AMYGDALÆ AMARÆ Nuclei, *Oleum.*
Svecis Mandel-tråd.
Habitat in ſepibus ſiccis duris ſabuloſis *Tripolitanis.*
Hoſpitatur in *Frigidario* per hyemes, Arbor.
2. AMYGDALUS foliorum ſerraturis omnibus acutis. *Hort. cliff.* 186.

Perſica

Perſica molli carne & vulgaris, viridis & alba. *Bauh. pin.* 440.
Malus perſica. *Dod. pempt.* 796.
Pharm. PERSICÆ Flores, *Syrupus*, Nuclei, *Aqua.*
Svecis Perſika.
Habitat in *Perſia.*
Hoſpitatur in *Frigidario* per hyemes, interdum etiam pergulis annexa parietibus, Arbor.

3. AMYGDALUS foliis petiolatis baſi attenuatis. *Hort. cliff.* 186.
Amygdalus indica nana. *Pluk. alm.* 28. *t.* 11. *f.* 3.
Amygdalus nana. *Munt. hiſt.* 34. *t.* 34.
Habitat in *Tartaria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, frutex †.

PRUNUS.

1. PRUNUS inermis, foliis lanceolato-ovatis. *Hort. cliff.* 186.
β. Prunus. *Bauh. pin.* 443.
Prunus domeſtica. *Lob. hiſt.* 595.
γ. Prunus fructu magno dulci atrocæruleo. *Tournef. inſt.* 622.
Pruna magna dulcia atrocærulæa. *Bauh. pin.* 443.
Prunus fructu cerei coloris. *Tournef. inſt.* 622.
Pruna coloris ceræ ex candido in luteum palleſcentis. *Bauh. pin.* 443.
Pharm. PRUNA GALLICA minora, majora, *Pulpa.*
Svecis Plommon.
Habitat nunc paſſim in *Europa Auſtraliori*, *Arbor.*
Hoſpitatur ubique *ad pagos*, in *Kinnekulle* libentiſſime.

2. PRUNUS foliis ovatis cordatis. *Hort. cliff.* 186.
Mala armeniaca majora. *Bauh. pin.* 442.
Malus armeniaca. *Dod. pempt.* 797.
Armeniaca malus fructu majore ex luteo rubeſcente. *Herm. lugdb.*
Svecis Aprikoſer.
Habitatio naturalis ignota Botanicis, ſed forte orta eſt ab *Armeniaca* betulæ folio & facie, fructu ex ſucco. Amm. rhut. 192. n. 272. t. 29. & tunc *Dauria* erit.
Hoſpitatur in *Frigidario* per hyemes, Arbor.

CERA-

CERASUS.

1. CERASUS foliis ovato-lanceolatis. *Virid. cliff.* 43. *Hall. helv.* 356. *Roy. lugdb.* 267.

β. Ceraſus ſativa, fructu rotundo rubro acido. *Tournef. inſt.* 625. *Bauh. pin.* 449.
Ceraſa aproniana. *Plin. nat.* 15. *c.* 25.
Svecis Kôrsbår.

γ. Ceraſus ſativa fructu majori. *Tournef. inſt.* 625.
Ceraſa ſativa majora. *Bauh. pin.* 449.
Ceraſia hiſpanica. *Tabern. ic.* 985.
Svecis Spanſka-kôrsbår.

δ. Ceraſus major, fructu magno cordato. *Raj. hiſt.* 1538.
Ceraſa craſſa, carne dura. *Bauh. pin.* 450.
Ceraſa duracina. *Plin. nat.* 15. *c.* 25.
Svecis Bigarotier.

ε. Ceraſus fructu albo dulci. *Tournef. inſt.* 626.
Ceraſa carne tenera & aquoſa. *Bauh. pin.* 450.
Ceraſa juliana. *Plin. nat.* 15. *c.* 25.
Svecis Moreller.

ζ. Ceraſa racemoſa hortenſis. *Bauh. pin.* 450.
Ceraſus uno pediculo plura ferens & Ceraſus racemoſa. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 223.
Svecis Fågel-kôrsbår.

η. Ceraſus fructu acido ſerotino ſucci ſanguinei. *Tournef. inſt.* 625.
Ceraſa acidiſſima ſanguineo ſucco. *Bauh. pin.* 450.
Pharm. CERASORUM RUBRORUM Fructus, *Rob*, *Condita*, Nuclei, Gummi.
Svecis Syltkôrsbår.

Habitat hodie vulgaris in *Europa*.
Hoſpitatur ubique in *Hortis noſtris*, Arbor.

2. CERASUS foliis ovatis. *Virid. cliff.* 43. *Hall. helv.* 360. *Roy. lugdb.* 268.
Ceraſus foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 4. 487.
Ceraſus ſylveſtris amara Mahaleb putata. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 227.
Ceraſo affinis. *Bauh. pin.* 451.
Mahaleb. *Cam. epit.* 91.

Habi-

Habitat in *Helvetia.*
Hoſpitatur in *Frigidario, & ſub dio,* Abor.

PADUS.

1. PADUS glandulis duabus dorſo foliorum innatis. *Virid. cliff.* 42.
Padus foliis ſempervirentibus lanceolato-ovatis. *Hort. cliff.* 185.
Lauro-Ceraſus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 4. *Cam. hort. t.* 23.
Ceraſus folio laurino. *Bauh. pin.* 450.
Habitat in *Trapezunto*, unde 1576. venit ad *Cluſium* in *Europam.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, arbor.

2. PADUS foliis glandula deſtitutis. *Virid cliff.* 42.
Padus foliis ſempervirentibus ovatis. *Hort. cliff.* 185.
Lauro-Ceraſus luſitanica minor. *Tournef. inſt.* 628. *Dill. elth.* 193. *t.* 159.
Habitat in *Luſitania.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbor.

DIGYNIA.

CRATÆGUS.

1. CRATÆGUS foliis ovatis repando-angulatis ſerratis. *Hort. cliff.* 187. *Gron. virg.* 54.
Meſpilus ſpinoſa ſ. Oxyacantha virginiana maxima. *Angl. hortul.* 49. *t.* 13. *f.* 1.
Meſpilus, apii folio, virginiana, ſpinis horrida fructu amplo coccineo. *Pluk. alm.* 249. *t.* 46. *f.* 4.
Habitat in *Virginia, Canada.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbor.

TETRAGYNIA.

TETRAGONIA.

1. TETRAGONIA. *Hort. cliff.* 188.
Tetragonocarpos africana rutilans, foliis longis & anguſtis. *Comm. hort.* 2. *p.* 205.
Evonymo affinis africana, flore luteo, portulacæ folio. *Seb. theſ.* 2. *p.* 13. *t.* 11. *f.* 8.

Tithy-

Tithymalo-Niſſolia. *Magn. char.* 190.
Habitat in *Æthiopia.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis, caule annuo, ſucculenta.

PENTAGYNIA.

AIZOON.

1. AIZOON foliis cuneiformi-ovatis, floribus ſeſſilibus.

Aizoon foliis obverſe ovatis. *Hort. cliff.* 415.

Ficoidea procumbens, portulacæ folio. *Niſſol. act.* 1711. *p.* 422. *t.* 13. *f.* 1.

Kali Azoides canarienſis procumbens, portulacæ palleſcentibus ſucculentis foliis, aſperugine rorida perpetuo madidis. *Pluk. alm.* 202. *t.* 303. *f.* 4. *Volk. norib.* 236. *t.* 236.

Habitat in *Canariis*,
Hoſpitatur hyeme in *Tepidario*, æſtate in *Apricario*, raro plusquam biennis apud nos, ſucculenta.

MESEMBRYANTHEMUM.

1. MESEMBRYANTHEMUM foliis apice barbatis. *Hort. cliff.* 217.

Meſembryanthemum radiatum, ramis prolixis recumbentibus. *Dill. elth.* 245. *t.* 190. *f.* 234.

Ficoides capenſis, tereti folio: apicibus hirtis. *Pet. gaz. t.* 77. *f.* 9.

Ficus aizoides, folio viridi in villos radiatos abeunte, flore rubro. *Bradl. ſucc.* 1. *p.* 6. *t.* 5.

β. Meſembryanthemum radiatum humile, foliis minoribus & majoribus. *Dill. elth.* 246. 248. *t.* 190. *f.* 235. 236.

Habitat ad *Caput bonæ ſpei.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, & *Apricario*, perennis, ſucculenta.

2. MESEMBRYANTHEMUM veſiculis hiſpidum, foliis alternis ovatis obtuſis undulatis. *Hort. cliff.* 216. *n.* 1.

Meſembryanthemum cryſtallinum, plantaginis folio undulato. *Dill. elth.* 231. *t.* 180. *f.* 221.

Habi-

Habitat forte in *Africa*.
Hoſpitatur in *Caldario* annua, aſpergine pruinæformi veſiculoſa tecta, ſucculenta.

3. MESEMBRYANTHEUM foliis lanceolatis planis crenulatis. *Hort. cliff.* 217.
Meſembryanthemum tripolii folio, flore argenteo. *Dill. elth.* 230. *t.* 179. *f.* 220.
Ficoides africanum, Meſembryanthemum ſ. Ficus aizoides major procumbens, tripolii folio magis ſucculento denticulis fimbriato, flore argenteo ad umbilicum aureo, fructu magno pyramidali quinquefariam diviſo calloſo, calyce pentagono incluſo. *Pluk. mant.* 77. *t.* 329. *f.* 4.
Habitat in *Africa*.
Hoſpitatur in *Tepidario* & *Apricario*, non modo biennis, ſed ſæpe perennis planta, ſucculenta.

4. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubulatis ſemiteretibus glabris internodio longioribus. *Hort. cliff.* 220.
Meſembryanthemum tenuifolium procumbens flore coccineo. *Dill. elth.* 264. *t.* 201. *f.* 256.
Habitat ad *Caput bonæ ſpei*.
Hoſpitatur in *Tepidario* & *Apricario*, perennis, pulchre florens, ſucculenta.

5. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis linguiformibus altero margine craſſioribus. *Hort. cliff.* 217.
β. Meſembryanthemum folio linguiformi latiore. *Dill. elth.* 236. *t.* 184. *f.* 225.
Ficoides afra acaulos, foliis latiſſimis craſſiſſimis lucidis conjugatis, flore aureo amplo ſine pediculo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 292.
Habitat in *Africa*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis, qvotannis florens, ſucculenta.

6. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubcylindraceis acutis connatis arcuatis lævibus. *Hort. cliff.* 220.
Meſembryanthemum foliis vermiculi-formibus, floribus mellinis umbellatis. *Dill. elth.* 268. *t.* 203. *f.* 259.
Habitat in *Africa*.
Hoſpitatur *Tepidario*, perennis, ſucculenta.

7. MESEMBRYANTHEMUM cauleſcens, foliis ſubulatis ſemicylindraceis recurvis connatis longis. *Hort. cliff.* 219.
Meſem-

Meſembryanthemum loreum. *Dill. elth.* 264. *t.* 200. *f.* 255.

Habitat in *Africa.*

Hoſpitatur in *Tepidario* & *Apricario*, perennis, nunquam florens, ſucculenta.

8. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubulatis ſubtus undique ſcabris. *Hort. cliff.* 219.

Meſembryanthemum purpureum ſcabrum, ſtaminibus expanſis. *Dill. elth.* 259. *t.* 197. *f.* 250.

Ficoides capenſis, triangulari folio acuto, flore purpureo. *Pet. gaz. t.* 77. *f.* 3.

Habitat in *Africa.*

Hoſpitatur in *Tepidario* & *Caldario*, perennis, ſucculenta.

9. MESEMBRYANTHEMUM foliis alternis ſubulatis triquetris longiſſimis *Hort. cliff.* 216.

Meſembryanthemum pugioniforme, flore amplo ſtamineo. *Dill. elth.* 280. *t.* 210. *f.* 269.

Ficoides capenſis, caryaphylli folio, flore aureo ſpecioſo. *Bradl. ſucc.* 2. *p.* 5. *t.* 14.

Habitat ad *Caput bonæ ſpei.*

Hoſpitatur in *Tepidario* & *Apricario*, perennis, floribus ſpecioſſimis ſucculenta †.

10. MESEMBRYANTHEMUM foliis alternis teretibus obtuſis.

Meſembryanthemum teretifolium minimum neapolitanum flore albo, fructu ſubrotundo quinquecapſulari. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 69.

Kali neapolitanum aizoides repens. *Columm. ecphr.* 2. *p.* 72. *t.* 73.

Ficoides, folio tereti, neapolitana, flore candido. *Herm. lugdb.* 252.

Kali craſſulæ minoris foliis. *Bauh. pin.* 289. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 610. *ſ.* 5. *t.* 33. *f.* 5.

Kali 2. *Alp. ægypt.* 125. *t.* 127.

Habitat in *Ægypto* & *Neapoli.*

Hoſpitatur in *Tepidario*, *Caldario*, & *Apricario*, annua, ſucculenta.

MESPILUS.

1. MESPILUS foliis lanceolatis integerrimis ſubtus tomentoſis, calycibus acuminatis. *Hort. cliff.* 189.

Meſpilus germanica, folio laurino non ſerrato ſ. Meſpilus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 453.
Meſpilus vulgaris. *Cam. epit.* 154.
Pharm. MESPILI fructus, Semina.
Habitat inter *Argentinam* & *Badenſes* thermas.
Hoſpitatur in *Frigidario*, æſtivat ad aqvaria, Arbor.

PYRUS.

* PYRUS foliis ſerratis, pomis baſi concavis. *Hort. cliff.* 189. *Fl. ſvec.* 402.
Svecis. Appel.
β. Malus pumila, quæ potius frutex quam arbor. *Bauh. pin.* 433.
Poma paradiſiaca. *Ruell. ſtirp.* 251.
Svecis Dvårgappell.
γ. Malus ſativa, fructu ſubrotundo viridi ferrugineo. *Tournef. inſt.* 635.
Mala praſomila. *Bauh. pin.* 433.
Svecis Renetter.
δ. Mala ſativa, fructu ſanguinei coloris ex auſtero ſubdulci. *Tournef. inſt.* 635.
Poma rubelliana. *Ruell. ſtirp.* 252.
Svecis Blodappel.
ε. Malus fructu pellucido.
Svecis Aſtracanſke Aplen.
ζ. Malus borſtorphiana.
Svecis Borſtorfe-åplen.
Habitat per *Europam*, præſertim in Hortis vulgi, infinita varietate.
Hoſpitatur *ſub dio*, arbor.
* PYRUS foliis ſerratis, pomis baſi productis. *Hort. cliff.* 100. *Fl. ſvec.* 401.
β. Pyrus ſativa, fructu autumnali ſeſſili ſacharato odorato e viridi flaveſcente in ore liqueſcente. *Tournef. inſt.* 629.
Pyra falerna plinii. *Dalech. hiſt.* 306.
Pira Bergamotta gallis. *Bauh. hiſt.* 1 *p.* 45.
Svecis Bergamotte.
γ. Pyrus ſativa, fructu brumali magno pyramidato e flavo nonnihil rubente. *Tournef. inſt.* 630.

Pyra

Pyra pompejana mammoſa plinii. *Dalech. hiſt.* 306.
Pyra boni chriſtiani. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 44.
Svecis Bon Chretien.
δ. Pyrus ſativa, fructu æſtivo moſchato. *Tournef. inſt.* 628.
Pyra jeſu ſ. moſchatellina rubra. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 44.
Pyra favonia rubra. *Dalech. hiſt.* 306.
Svecis Deſman-påron.
Habitat in *Europa.*
Hoſpitantur in *Hortis* etiam vulgi, varietates infinitæ, qvas enumerare ſuperſedeo. Arbor.

SPIRÆA.

1. SPIRÆA foliis obtuſis lanceolatis ſerratis, floribus duplicato-racemoſis. *Hort. cliff.* 191.
Spiræa folio longiore ſerrato, floribus rubris. *Amm. ruth.* 86.
Spiræa theophraſti forte. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 80.
Frutex ſpicatus, foliis ſalignis ſerratis. *Bauh. pin.* 475.
Habitat in *Sibiria* & *Tataria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, ut inde ſepes tonſæ fiant, frutex.

2. SPIRÆA foliis integerrimis, umbellis ſeſſilibus.
Spiræa foliis integerrimis, pedunculis ſimplicibus. *Hort. cliff.* 190.
Hypericum fruteſcens americanum, flore albo, *Jonq. pariſ.* 92.
Pruno ſylveſtri affinis canadenſes. *Bauh. pin.* 517. *Pluk. alm.* 308. *t.* 218. *f.* 5.
Habitat in *Virginia*, *Canada.*
Hoſpitatur *ſub dio*, tamen non æque facilis ac præcedens, Frutex.

FILIPENDULA.

1. FILIPENDULA foliis ternatis. *Hort. cliff.* 191. *Gron. virg.* 55.
Ulmaria virginiana trifolia, floribus candidis amplis longis & acutis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 323.
Ulmaria major trifolia, flore amplo pentapetalo, virginiana. *Pluk. alm.* 393. *t.* 236. *f.* 5. *Raj. ſuppl.* 330.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, †, perennis.

POLYGYNIA.

ROSA.

* ROSA caule aculeato, petiolis inermibus, calycibus ſemipinnatis. *Fl. ſvec.* 406.

β. Roſa rubra multiplex. *Bauh. pin.* 481.
Pharm. Rosæ rubræ Flores, *Condita*, *Conſerva*, *Aqua*, *Oleum*, *Acetum*, *Succus*, *Placentæ*, *Tinctura*, *Spiritus*, Antheræ, Semina.
Svecis Province-roſor.

γ. Roſa odore cinnamomi, flore pleno. *Bauh. pin.* 483.
Svecis Canel-ros.

δ. Roſa omnium calendarum. H. R. P. *Tournef. inſt.* 639.
Svecis Månads-roſor.

ε. Roſa minor, rubello flore, quæ vulgo a menſe majo Majalis dicitur. *Bauh. pin.* 483.
Svecis Jungfru-Ros.

ζ. Roſa lutea multiplex. *Bauh. pin.* 483.
Svecis Gula Roſor.

η. Roſa verſicolor. *Bauh. pin.* 481.
Roſa præneſtina alba & verſicolor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 37.
Svecis Brokuga-roſor.

ϑ. Roſa alba, flore pleno. *Beſl. eyſt. vern.* 6. *t.* 3. *f.* 1.
Roſa alba vulgaris major. *Bauh. pin.* 482.
Pharm. Rosæ albæ Flores, *Condita*, *Conſerva*, *Aqua*.
Svecis Hvita Roſor.

ι. Roſa centifolia batavica 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 114.
Roſa multiplex media. *Bauh. pin.* 482.
Barkanim. *Celſ. hierob.* 2. *p.* 192.
Pharm. Rosæ damascenæ Flores, *Oleum*, *Conſerva*.
Svecis Holländſka roſor.

κ. Roſa eglanteriaa. *Tabern. ic.* 1087.
Roſa ſylveſtris, foliis odoratis. *Bauh. pin.* 483.
Svecis Engelſkt Törne.

Habitat in *Europa*.
Hoſpitantur omnes *ſub dio*, frutices.

RU-

RUBUS.

1. RUBUS caule inermi multifolio multifloro, foliis palmatis. *Hort. cliff.* 192.
   Rubus odoratus. *Corn. canad.* 149. *t.* 150.
   Habitat in *Canada*.
   Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis, miſſus ab amico optimo D. *Iſaco Lawſono*, qui anno 1747, in caſtis anglorum contra Gallos, medicinam faciens, mortuus eſt, cum noſtro & artis noſtræ ſummo damno, longiore vita digniſſimus.

* RUBUS foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule hiſpido. *Fl. ſvec.* 408.
β. Rubus vulgaris major, fructu albo. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 467.
   Habitat in *Europa* noſtra.
   Hoſpitatur *ſub dio*, frutex biennis.

FRAGARIA.

* FRAGARIA flagellis reptans. *Hort. cliff.* 192. *Fl. ſvec.* 414.
β. Fragaria fructu parvi pruni magnitudine. *Baub. pin.* 327.
   Svecis Jordgubbar.
   Habitat in *Europa* noſtra.
   Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

POTENTILLA.

1. POTENTILLA foliis pinnatis oppoſitis, caule dichotomo. *Hort. cliff.* 193.
   Pentaphyllum alpinum minus ſupinum, foliolis tenuioribus altius ſerratis glabris, cauliculo purpuraſcente. *Pluk. alm.* 285. *t.* 106. *f.* 7.
   Pentaphyllum ſupinum quorundam, potentillæ facie. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 107.
   Quinquefolio fragifero affinis. *Bauh. pin.* 326.
   Habitat infra *Moguntiam* & in *Sibiria*,
   Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.
   Obſ. *Folia inferiora alterna, dichotomiæ vero oppoſita; caulis procumbens.*

* POTENTILLA foliis digitatis, caule erecto corymboſo. *Fl. ſvec* 417.
   Heptaphyllum majus luteum montanum, flore majore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 188. *ſ.* 2. *t.* 19. *f.* 1.
   Quinquefolium erectum luteum. *Bauh. pin.* 325.

 Quin-

Quinquefolium alterum vulgare. *Dod. pempt.* 116.
Habitat in *Italia* & *Gallia Narbonenſi* ad agrorum margines.
Hoſpitatur ubique in *Horto*, cicur, annua.

3. POTENTILLA foliis ternis, caule ramoſo erecto, pedunculis ſupra genicula enatis.
Pentaphylloides fragariæ folio. *Magn. monſp.* 308.
Fragaria ſterilis alpina cauleſcens. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 42.
Habitat *Monſpelii.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.
Obſ. *Difficile diſtinguitur hæc ſpecies a* Potentilla *ultima Fl. ſuec.* 420. *ſed flores in hac, non ex axillis dichotomiæ caulis, ſed ſupra egrediuntur ad latera internodiorum. Folia & ſerraturæ longe in hac obtuſiora, quam in altera.*

* * *
* *
*

CLAS-

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA

MONOGYNIA.

ARGEMONE.

1. ARGEMONE. *Hort. cliff.* 201.
Argemone mexicana. *Tournef. inſt.* 239.
Papaver ſpinoſum. *Baub. pin.* 171. *prodr.* 93. *t.* 92. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 93.
Papaver ſpinoſum luteum, foliis albis venis notatis. *Moriſ.* 2. *p.* 277. *ſ.* 3. *t.* 14. *f.* 5.
Habitat in *Mexico*, *Jamaica* & omnibus inſulis *Caribæis*.
Hoſpitatur *ſub dio*, in ollis, ſeipſam ſerens, annua.

PAPAVER.

1. PAPAVER caule multifloro, foliis ſimplicibus glabris inciſis caulinis.
Papaver foliis ſimplicibus glabris inciſis. *Hort. cliff.* 200.
α. Papaver hortenſe, ſemine albo. *Baub. pin.* 170.
Papaver album ſativum. *Lob. ic.* 272.
Papaver ſativum. *Cam. epit.* 803.
Pharm. PAPAVERIS ALBI Herba, Syrupus, Oleum, Semina.
β. Papaver hortenſe, nigro ſemine. *Baub. pin.* 170.
Papaver nigrum ſativum. *Dod. pempt.* 445.
Pharm. PAPAVERIS NIGRI Semina, Capitula, *Syrupus.*
γ. Papaver criſtatum, floribus & ſemine, album. *Baub. pin.* 171.
Papaver fimbriatum & criſtatum album. *Dalech. hiſt.* 1709.
δ. Papaver criſtatum, floribus rubris, ſemine nigro. *Baub. pin.* 171.
Papaver ſativum rubrum fimbriatum. *Dalech. hiſt.* 1709.
ε. Papaver, flore pleno, album. *Baub. pin*, 171.

Papaver multiplici flore. *Cam. epit.* 804.
Pharm. Opii crudi Succus, Extractum, Tinctura.
Svecis Wallmog.
Habitat in ruderatis *Europæ* magis calidæ.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

2. PAPAVER caule ramoſo, foliis lineari-pinnatifidis, capſulis ſulcatis hiſpidis.

α. Papaver foliis ternato-pinnatifidis, capſulis ſulcatis hiſpidis. *Hort. cliff.* 201.
Argemone capitulo breviore. *Bauh. pin.* 172.
Argemone capitulo torulis canaliculato. *Lob. ic.* 276.
β. Argemone capitulo longiore. *Bauh. pin.* 172. *Lob. ic.* 276.
γ. Glaucium flore violaceo. *Tournef. inſt.* 254
Papaver corniculatum violaceum. *Bauh. pin.* 172.
Papaver corniculatum, violaceo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 92.
Habitat inter ſegetes *Angliæ*, *Galliæ*, *Hiſpaniæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.
Obſ. α Capſula *globoſa ſexſulcata more melonis*, *ſtigmate hexagono.* γ. capſula *cylindrica triſulca*, *ſtigmate triſido*: interim *tamen easdem eſſe plantas* radix *annua.* caulis *brevis.* folia *multifido-linearia*, *nitida.* capſulæ *hiſpidæ* evincunt.

3. PAPAVER caule unifloro ſcabro ſubfolioſo, foliis pinnato-ſinuatis.
Papaver orientale hirſutiſſimum, flore magno. *Tournef. cor.* 17. *itin.* 3. *p.* 127. *t.* 127. *Comm. rar.* 34 *t.* 34.
Papaver capſula & flore maximis, folio inciſo & hirſutiſſimo obſcure viridi. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 278.
Habitat in *Oriente*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

4. PAPAVER caule unifloro nudo hiſpido, foliis pinnato-ſinuatis.
Papaver erraticum nudidicaule, flore flavo odorato. *Dill. elth.* 302. *t.* 224. *f.* 291.
Papaver erraticum, luteo flore, capite oblongo hiſpido. *Amm. ruth.* 61. *n.* 81.
Habitat in *Sibiria*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, flore flavo aut albo.

5. PAPAVER caule multifloro folioſo hiſpido, foliis pinnatifidis, capſulis lævibus.
Papaver foliis pinnatifidis hiſpidis, fructu ovato. *Hort. cliff.* 201. *Fl. ſuec.* [illegible]88.

Papa-

β. Papaver erraticum majus, foliis florum variegatis. *Boerh. lugdb.* 1 *p.* 280.

γ. Papaver erraticum, flore pleno. *Bauh. pin.* 171.
Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

CHELIDONIUM.

* CHELIDONIUM pedunculis multifloris. *Hort. cliff.* 201. *Fl. ſvec.* 430.

β. Chelidonium majus, foliis & flore tenuiſſime laciniatis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 258.
Chelidonium majus, foliis quernis. *Bauh. pin.* 144.
Chelidonium majus, laciniato folio. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 203.
Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.
Obſ. *Folia pinnata, ſed foliola fere palmata: petala multifido-lacera.*

2. CHELIDONIUM glabrum, pedunculis unifloris.
Glaucium flore luteo. *Tourneſ. inſt.* 254.
Papaver corniculatum luteum. *Bauh. pin.* 171.
Papaver corniculatum, flavo flore. *Cluſ hiſt* 2. *p.* 91.
Habitat in littoribus arenoſis *Angliæ*, *Galliæ*, *Italiæ*, *Helvetiæ*, *Virginiæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

3. CHELIDONIUM hiſpidum, pedunculis unifloris.
Glaucium hirſutum, flore phœniceo. *Tourneſ. inſt.* 254.
Papaver cornutum, phœniceo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 91.
Habitat ad agrorum margines in *Hungaria*, *Bohemia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

PODOPHYLLUM.

1. PODOPHYLLUM. *Hort. cliff.* 202. *Gron. virg.* 57.
Anapodophyllum canadenſe morini. *Tourneſ. inſt.* 239. *Cateſb carol.* 1. *p.* 24. *t.* 24.
Dentaria monophyllos. *Moriſ. bleſ.* 258.
Nymphææ congener alpina. *Pluk. alm.* 267.
Papaveri affinis montana aconitifolia. *Herm. lugdb.* 476.
Herbæ paris affinis montana aconitifolia, *Pomum majale* londinenſibus. *Raj. hiſt.* 671.
Solano congener monophyllum aut diphyllum, aconiti folio, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 533.
Aconitifolia humilis, flore albo unico campanulato, fructu cynosbati. *Mentz. pug.* 11.

Ranunculi facie peregrina. *Jong. pariſ.* 153.
Habitat in *Canada*, *Virginia*, *Carolina*.
Hoſpitatur *ſub dio*, loco umbroſo, perennis.

ACTÆA.

* ACTÆA. *Hort. cliff.* 209. *Fl. ſvec.* 431.
β. Chriſtophoriana americana racemoſa, baccis niveis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 8. *ſ.* 1. *t.* 2. *f.* 7.
Aconitum baccis niveis. *Corn. canad.* 76. *t.* 77.
Habitat in *Canada*.
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, perennis.

EUPHORBIA.

1. EUPHORBIA aculeata nuda quinquangularis. *Hort. cliff.* 196.
Tithymalus aizoides fruticoſus canarienſis aphyllus quadrangularis & quinqueangularis, ſpinis geminis aduncis atronitentibus armatus. *Comm. hort.* 2. *p.* 207. *t.* 104.
Tithymalus aizoides lactifluus ſ. Euphorbia canarienſis quadrilatera & quinquelatera cerei effigie, ad angulos per crebra intervalla ſpinis rectis atro-nitentibus gazellæ cornua referentibus armata. *Pluk. alm.* 370. *t.* 320. *f.* 2.
Habitat in *Canariis*.
Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.

2. EUPHORBIA aculeata triangularis ſubnuda articulata, ramis patentibus. *Hort. cliff.* 196. *Fl. zeyl.* 199.
α. Tithymalus aizoides triangularis & quadrangularis articuloſus & ſpinoſus, ramis compreſſis. *Comm. præl.* 21. 55. *t.* 5.
β. Euphorbium antiquorum verum. *Comm. hort.* 1. *p.* 23. *t.* 12.
Schadidacalli. *Rhed. mal.* 2. *p.* 81. *t.* 42.
Habitat in *India orientali*.
Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.

3. EUPHORBIA aculeata nuda multangularis, aculeis geminatis. *Hort. cliff.* 196.
Euphorbium polygonum ſpinoſum, çerei effigie. *Iſnard. act.* 1720. *p.* 500. *t.* 10.

Euphor-

Euphorbium cerei effigie, caulibus craſſioribus, ſpinis validioribus armatum. *Comm. hort.* 1. *p.* 21. *t.* 11. *Seb. theſ.* 1. *p.* 29. *t.* 19. *f.* 2.

Euphorbium. *Bauh. pin.* 387.

Pharm. EUPHORBII Gummi, Oleum.

Habitat in *Æthiopia* & *Africa* calidiſſima.

Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.

4. EUPHORBIA aculeata ſeminuda, angulis oblique tuberculatis. *Hort. cliff.* 196. *Fl. zeyl.* 200.

Tithymalus indicus ſpinoſus, nerii folio. *Comm. hort.* 1. *p.* 25. *t.* 13.

Tithymalus aizoides arboreſcens ſpinoſus, caudice angulari, nerii folio. *Comm. præl.* 22. 16. *t.* 6.

Habitat in *India orientali*.

Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.

5. EUPHORBIA inermis imbricata tuberculis foliolo lineari inſtructis. *Hort. cliff.* 197.

Euphorbium anacanthum ſquamoſum, lobis florum tridentatis. *Iſnard. act.* 1720. *p.* 502. *t.* 11.

Euphorbium erectum aphyllum, ramis rotundis, tuberculis tetragonis. *Burm. afr.* 16. *t.* 7. *f.* 2.

Euphorbium procumbens, ramis plurimis ſimplicibus ſquamoſis, foliolis deciduis. *Burm. afr.* 17. *t.* 8.

Euphorbium procumbens, ramis geminatis, caule glabro oblongo cinereo. *Burm. afr.* 18. *t.* 9. *f.* 1.

Euphorbium humile procumbens, ramis ſimplicibus copioſis, caule craſſiſſimo tuberoſo. *Burm. afr.* 20. *t.* 10. *f.* 1

Tithymalus aizoides africanus, ſimplici ſquamato caule. *Comm. præl.* 23. 57. *t.* 7.

Habitat in *Æthiopia*.

Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.

6. EUPHORBIA inermis fruticoſa ſubnuda filiformis erecta, ramis patulis determinate confertis. *Hort. cliff.* 197. *Fl. zeyl* 197.

Tithymalus indicus fruteſcens. *Comm. hort.* 1. *p.* 27. *t.* 14.

Tithymalus arboreſcens, caule aphyllo. *Pluk. phyt.* 319. *f.* 9.

Tirucalli. *Rheed. mal.* 8. *p.* *t.* 44.

Habi-

Habitat in *India orientali.*
Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.

7. EUPHORBIA inermis fruticoſa nuda filiformis volubilis, cicatricibus oppoſitis. *Hort. cliff.* 197. *deſcr.*
Tithymalus indicus vimineus penitus aphyllus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 259.
Fel-fel-tavil. *Alp. ægypt.* 190. *t.* 190. *Dill. elth.* 368.
Habitat in *Africæ* maritimis.
Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta, frutex.

8. EUPHORBIA inermis fruticoſa ſeminuda filiformis flaccida, foliis alternis. *Hort. cliff.* 197. *deſcr.*
Tithymalus aphyllus mauritaniæ. *Dill. elth.* 384. *t.* 289. *f.* 373.
Habitat in *Africæ* maritimis.
Hoſpitatur hyeme in *Caldario*, æſtate in *Frigidario*, frutex, ſucculenta.

9. EUPHORBIA inermis, caule fruticoſo, foliis diſtiche alternis ovatis. *Hort. cliff.* 198.
Tithymalus curaſſaricus myrtifolius, flore coccineo mellifluo. *Herm. parad.* 234. *t.* 234.
Tithymalus curaſſavicus myrtifolius, flore papilionaceo coccineo parvo. *Comm. hort.* 1. *p.* 31. *t.* 16. *Pluk. alm.* 369 *t.* 230. *f.* 2.
Habitat forte in *Curaſſao.*
Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta, fruteſcens, †.

10. EUPHORBIA inermis, foliis oppoſitis lanceolatis, umbella univerſali quadrifida tetraphylla, ulterioribus dichotomis.
Euphorbia inermis, foliis oppoſitis lanceolatis, umbella univerſali trifida polyphylla, partialibus triphyllis, reliquis diphyllis. *Hort. cliff.* 198.
Eſula major. *Rupp. jen.* 219.
Lathyris major. *Baub. pin.* 293.
Lathyris. *Cam. epit.* 968. *Fuchſ. hiſt.* 454.
Cataputia minor. *Lob. ic.* 362.
Pharm. CATAPUTIÆ MINORIS Semina.
Habitat ad agrorum margines in *Gallia*, *Italia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis.
Obſ. Folia *umbellæ univerſalis lanceolata; umbellulæ cordato-lanceolatæ.* Flores *tetrapetali obtuſi emarginati, omnes hermaphroditi. Fructus glaber.*

11. EUPHORBIA inermis, foliis alternis lanceolatis ample-

amplexicaulibus ſubſerratis, umbella univerſali quinquefida pentaphylla, partialibus bifidis.

Euphorbia inermis, foliis lanceolatis, umbella univerſali partialumque prima quinquefidis, ſecunda trifida, reliquis bifidis. *Roy. lugdb.* 198.

Tithymalus arvenſis latifolius germanicus. *Baub. pin.* 291.

Titymalus platyphyllos. *Fuchſ. hiſt.* 813.

Habitat in *Agris Germaniæ, Galliæ, Angliæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

Obſ. Folia *ſubamplexicaulia patentiſſima lanceolata, umbellæ folia ovata, umbellulæ cordata, omnia ſerrulata.* Petala *quatuor, integra; flores omnes hermaphroditi; fructus hiſpidus.*

12. EUPHORBIA inermis, foliis denticulatis, caulinis lanceolatis, umbellularum cordatis. *Hort. cliff.* 200.

Tithymalus characias, folio ſerrato. *Baub. pin.* 290.

Tithymalus characias 5. *Dod. pempt.* 369.

Tithymalus myrtites valentinus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 189.

Habitat in Regno *Valentino, Gallia Narbonenſi.*

Hoſpitatur *ſub dio*, †.

Obſ. Folia *lanceolata ſerrata. umbella univerſalis quinquefida, pentaphylla; partialibus trifidis triphyllis; propriis diphyllis dichotomis. Folia umbellæ ovato-lanceolata, umbellulæ ovata, omnia ſerrata.* Petala *quatuor integra; flores omnes hermaphroditi;* fructus *glaber.*

13. EUPHORBIA inermis, foliis ſuperioribus reflexis latioribus lanceolatis, umbella univerſali trifida, partialibus bifidis. *Hort. cliff.* 199.

Tithymalus myrſinites latifolius. *Baub. pin.* 290.

Tithymalus myrſinites legittimus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 189.

Tithymalus myrſinites 1. *Tabern. hiſt.* 989.

Habitat in *Calabria.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

14. EUPHORBIA inermis, foliis lanceolato-linearibus, involucri univerſalis foliolis quinis ovato acutis, partialis ſemiorbiculatis.

Tithymalus maritimo affinis, linariæ folio. *Baub. pin.* 291.

Tithymalus amygdaloides anguſtifolius. *Tabern. hiſt.* 1. p. 988.

Eſula minor. *Dalech. hiſt.* 1653.

Aly-

Alypum. *Cam. epit.* 985.
Habitat in *Europa auſtraliori.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, ſæpius perennis.

15. EUPHORBIA inermis, foliis confertis linearibus, umbella univerſali multifida, partialibus dichotomis, foliolis ſubrotundis. *Hort. cliff.* 199.
Tithymalus foliis pini. *Bauh. pin.* 292.
Tithymalus cupreſſinus. 1. 2. *Tabern. hiſt.* 990.
Habitat in *Italia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.
Obſ. Folia *in caule craſſiore lanceolata, eis deciduis excreſcunt rami foliis linearibus, anguſtiſſimis confertis, horizontalibus, facie pini.*

16. EUPHORBIA inermis, foliis lanceolatis, umbella univerſali multifida, partialibus dichotomis, involucris ſemibifidis perfoliatis. *Hort. cliff.* 199.
Tithymalus characias rubens peregrinus. *Bauh. pin.* 290.
Tithymalus characias 1. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 188.
Habitat in *Helvetia, Germania, Anglia, Gallia Narbonenſi.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.
Obſ. Caules *craſſi, rubentes, exaſperati cicatribus a caſu foliorum in infima parte.* Flores *primi maſculi, pentapetali, æqvales, reliqvi hermaphroditi inæquales, petalis lunatis;* involucra *monophylla, perfoliata, emarginata.*

17. EUPHORBIA inermis fruticoſa, foliis lanceolatis, involucro univerſali quinquefido, partialibus trifidis, reliqvis bifidis.
Tithymalus arboreus, caule corallino, folio hyperici, pericarpio barbato. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 256.
Habitat in *oriente.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.
Deſc. Caules *plures, ſimpliſſimi, annui, teretes, ulnares, fere juncei, erecti.* Folia *lato-lanceolata, obtuſiuſcula, ſeſſilia, alterna, integerrima, ſubtus villoſa, margine ſæpe rufeſcentia.* Umbella *univerſalis quinquefida; partialis trifidia; demum dichotoma.* Involucrum *univerſale pentaphyllum; partiale triphyllum; demum diphylla foliolis ovato-oblongis; in ulterioribus ovatis, omnibus piloſiuſculis.* Corolla *petalis qvatvor integris.* Capſulæ *globoſæ, vix ſulcatæ, tectæ lana alba rara, longa.*

18. EUPHORBIA inermis, foliis alternis linearibus acutis, partialibus umbellulæ ovato-rhombeis, petalis bicornibus.
Tithymalus annuus erectus, folio oblongo acuminato. *Tourneſ. inſt.* 87.
Tithymalus ſegetum longifolius. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 312.
Peplis

Peplis annua, foliis acutis, flore muſcoſo. *Bocc. ſic.* 24. *t.* 13. *f.* 1.

Habitat inter ſegetes *Galliæ*, *Italiæ*.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

Deſcr. Caulis *pedalis*, *inferne rubens.* Rami *breves verſus radicem caulis.* Folia *Lini*, *linearia*, *acuta*, *alterna*, *pallide viridia.* Folia *umbellæ lanceolata*; *umbellularum vero ovata*, *lateribus angulata*, *hinc quaſi quadrangularia*; Petala *lutea bicornia. Ex alis ſuperioribus foliorum multi alternatim pedunculi umbellulas partiales ferentes.*

19. EUPHORBIA inermis, foliis alternis linearibus acutis, umbella univerſali trifida, partialibus dichotomis diphyllis. *Hort. cliff.* 199.

Tithymalus. ſ. Eſula exigua. *Bauh. pin.* 291. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 339. *ſ.* 10. *t.* 2. *f.* 5.

Eſula minima tragi. *Dalech. hiſt.* 1656. *Lob. ic.* 357.

Habitat inter ſegetes *Galliæ*, *Angliæ*, *Belgii.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua †.

Obſ. Flores *tetrapetali*, *bicornes.* Foliola *umbellæ & umbellularum reliquis non latiora.* Fructus *glaber.*

20. EUPHORBIA inermis, foliis ovalibus oppoſitis hinc ſerratis uniformibus, ramis alternis, caule erectiuſculo. *Hort. cliff.* 198. *n.* 15.

Tithymalus erectus, floribus rarioribus, foliis oblongis glabris integris. *Burm. zeyl.* 224. *t.* 105. *f.* 2. *bona.*

Tithymalus indicus annuus dulcis, floribus albis, cauliculis viridantibus. *Pluk. alm.* 379. *t.* 113. *f.* 2.

Tithymalus africanus ſ. Peplis major braſilienſibus. *Comm. præl.* 60. *t.* 10.

Habitat in *Aſiæ*, *Africæ*, *Americæ* calidioribus.

Hoſpitatur in *Caldario*, annua †.

Obſ. Facies *Hyperici.* Folia *altero latere ſerrata*, *altero integra.* Flores *tetrapetali*, *integri*, *albi*, *tenues ſ. plani tenues & membranacei*, *minimi at in* Europæis *carnoſa petala.*

CISTUS.

1. CISTUS arboreus, foliis ſeſſilibus utrinque villoſis rugoſis, inferioribus ovatis baſi connatis, ſummis lanceolatis. *Hort. cliff.* 205.

Ciſtus mas anguſtifolius. *Bauh. pin.* 464.

Ciſtus mas 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 69. *Dalech. hiſt.* 225.

Habitat in *Hiſpania.*

Hoſpitatur hyeme in *Tepidario*, frutex.

2. CIS-

2. CISTUS foliis lanceolatis ſeſſilibus utrinque villoſis trinervis, alis nudis. *Hort. cliff.* 205.
Ciſtus ladanifera monſpelienſium. *Bauh. pin.* 467.
Ledum. *Dalech. hiſt.* 230.
Habitat in *Gallia Narbonenſi* & Regno *Valentiæ.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, Frutex.

3. CISTUS herbaceus erectus glaber, floribus ſolitariis ſubſeſſilibus folio oppoſitis.
Ciſtus ledi folio. *Bauh. pin.* 465.
Ciſtus annuus foliis ledi. *Lob. ic.* 2. *p.* 118.
Helianthemum ledi folio. *Tournef. inſt.* 249.
Habitat *Monſpelii.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. CISTUS herbaceus decumbens villoſus, floribus ſolitariis ſubſeſſilibus folio oppoſitis.
Ciſtus folio ſalicis. *Bauh. pin* 465.
Ciſtus annuus, folii ſalicis. *Lob. ic.* 2. *p.* 118.
Ciſtus annuus 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p* 76.
Helianthemum ſalicis folio. *Tournef. inſt.* 249.
Habitat ad margines agrorum apud *Salmanticenſes* & *Granatenſes.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

P E G A N U M.

1. PEGANUM foliis multifidis.
Peganum. *Hort. cliff* 206.
Ruta ſylveſtris, flore magno albo. *Bauh. pin.* 338.
Harmala. *Dod. pempt.* 121. *Tournef. inſt.* 257.
Habitat in arena mobili, ubi vix aliæ plantæ germinant circa *Alexandriam*, *Madritium*, inque *Cappadocia* & *Galatia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

M I M O S A.

1. MIMOSA foliis digitatis, foliolis pinnatis, caule aculeato hiſpidoque, foliis pinnato-palmatis: ſingulis numeroſe pinnatis. *Hort. cliff.* 208. *n.* 3.
Mimoſa ſpinoſa tertia ſ. foliolis acaciæ anguſtioribus, ſiliquis parvis echinatis. *Breyn. cent.* 40. *t.* 18.
Æſchynomene ſpinoſa, flore globoſo albido, ſiliculis articulatis echinatis. *Comm. hort.* 1. *p.* 57. *t.* 29.
Habitat in *Braſilia.*
Hoſpitatur in *Caldario* & *Vaporariis*, fruticans.

2. MI-

2. MIMOSA foliis conjugatis, foliolis pinnatis pinnis ſenis ſubæqualibus.

Mimoſa, folio lato ſennæ, ſpinoſa. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 55.

Æſchynomene ſpinoſa latifolia ſ. Herba viva vel Mimoſa latifolia, piloſo & ſubrotundo folio. *Comm. hort.* 1. *p.* 55. *t.* 28.

Habitat in *Braſilia.*

Hoſpitatur in *Vaporariis*, perennis.

3. MIMOSA foliis duplicato-pinnatis, ſpicarum floribus inferioribus plenis, caule inermi procumbente.

Mimoſa herbacea non ſpinoſa procumbens & paluſtris, flore luteo pleno. *Amm. ruth.* 587. *n.* 48. *Houſt. mſc. t. bona.*

Habitat in *Vera cruce.*

Hoſpitatur in *Caldario*, & *Vaporario*, nobis annua.

Deſcr. Caules *inermes, decumbentes, virgati.* Stipulæ *ovatæ, acutæ.* Folia *duplicato-pinnata, foliolis partialibus quatuor utrinque, ſingula pinnata.* Spicæ *ſolitariæ ex alis, pedunculatæ, (pedunculo una alterave ſqvama cincto) ovatæ, inflexæ; conſtantes floribus inferioribus plenis, majoribus, longioribus, patulis; ſuperioribus vero floribus ſpicæ pentandris, ſtaminibus longis, piſtillo brevi.*

4. MIMOSA inermis decumbens, foliis duplicato-pinnatis, ſpicis cernuis, floribus pentandris, inferioribus caſtratis.

Habitat in *America.*

Hoſpitatur in *Caldario*, perennis herbacea.

Deſcr. Caules *pedales, bipedales, virgati, plures, decumbentes, teretes, virides.* Rami *breves, alterni, horizontales.* Folia *duplicato-pinnata; partialia duo vel tria paria, foliolis ovali-oblongis, numeroſis, æqualibus, viridibus, medietate inferiore ſ. baſeos proxima glauca ſeu palidiore.* Pedunculus *ex alis ſolitarius, erectus, bractea cordata ſemiamplexicauli in medio inſtructus.* Spica *cylindrica, recurva.* Flores *antheris qvinque inſtructi, ſed inferiores a parte maſculina ſteriles.* Glandula *nectarifera parva inter foliola infima petiolis innata.* Folia *tacta ſeſe contrahunt, ſed tarde.* Facies *omnino* Mimoſæ herbaceæ non ſpinoſæ procumbentis & paluſtris, flore luteo pleno. *Houſt, Mſſ. c. figura. Amm. ruth.* 587. *n.* 48. odor *parum gravis foliorum.*

Obſ. *Forte itaque qvædam ſynonyma* Mimoſæ *ſeqventis, in Fl. Zeylanica* 505 *data ad hanc amandari debent, cum Zeylanica ſe vix manifeſte contrahat, niſi valde tenella, & Zeylanicæ rami angulati ſint.*

5. MIMOSA inermis foliis duplicato-pinnatis, ſpicis cernuis, floribus decandris, inferioribus caſtratis apetalis. *Flor. zeyl.* 505.

Mimoſa inermis, foliis duplicato-pinnatis, ſiliquis linearibus glabris. *Hort. cliff.* 209.

Habitat in *India orientali.*

Hoſpitatur in *Caldario*, toto anno, ubi floret & ſemina profert. Frutex.

6. MIMOSA ſpinis geminis diſtinctis, foliis duplicato pinnatis, partialibus utrinque octo.

Acacia indica farneſiana. *Ald. hort.* 2. *Raj. hiſt.* 977.

Acacia indica, foliis ſcopioidis leguminoſæ, ſiliquis fuſcis teretibus reſinoſis. *Herm. lugdb.* 5.

Habitat in *Domingo.*

Hoſpitatur in *Caldario*, Arbor.

Obſ. Flores *ſeſſiles, capitati, lutei, ſuaveolentes, polyandri. Legumina teretia, craſſa, utrinque anguſtiora, obtuſa.*

7. MIMOSA ſpinis geminatis diſtinctis, foliis duplicato pinnatis, partialibus utrinque quinis pluribus. *Hort. cliff.* 209. *n.* 10. *Roy. lugdb.* 471.

Acacia, Sant & Akakia. *Alp. ægypt.* 6.

Acacia vera. *Bauh. hiſt.* 429.

Acacia. *Bauh. pin.* 392.

Schitta. *Celſ. hierob.* 1. *p.* 498.

Pharm. ACACIÆ ÆGYPTIACÆ Succus.
ARABICUM Gummi.

Habitat in *Ægypto, Arabia, Sinai.*

Hoſpitatur in *Caldario*, Arbor.

PORTULACA.

1. PORTULACA foliis cuneiformibus ſeſſilibus. *Roy. lugdb.* 473. *Gron. virg.* 59. *Hall. helv.* 392.

Portulaca foliis cuneiformibus verticillatis ſeſſilibus, floribus ſubſeſſilibus. *Hort. cliff.* 207.

Portulaca latifolia ſativa. *Bauh. pin.* 288.

Portulaca domeſtica. *Lob. ic.* 388.

Pharm. PORTULACÆ Herba, *Conſerva, Syrupus, Aqua*, Semina.

Svecis Portulak.

Habitat in Sterilibus vervectis *Europæ, Aſiæ, Americæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

ANACAMPSEROS.

1. ANACAMPSEROS foliis ovatis convexis acutiuſculis.

Ana-

Anacampſeros foliis acuminatis. *Hort. cliff.* 207.
Telephiaſtrum flore globoſo. *Dill. elth.* 375. *t.* 281. *f.* 363.
Portulaca africana ſempervivens, flore rubicundo. *Comm. hort.* 2. *p.* 177. *t.* 89. *Old. afr.* 32. *Raj. app.* 507.
Habitat in *Æthiopia.*
Hoſpitatur in *Caldario*, ſucculenta.

2. ANACAMPSEROS caule arboreo, foliis cuneiformibus oppoſitis. *Hort. cliff.* 207.
Craſſula, portlandicæ facie, arboreſcens. *Dill. elth.* 120. *t.* 101. *f.* 120.
Habitat in *Æthiopia.*
Hoſpitatur in *Caldario*, Frutex, ſucculenta.
Obſ. *Nondum detecta eſt fructificatio, ut de genere qvid tuto aſſerere liceat.*

CORCHORUS.

1. CORCHORUS capſulis oblongis ventricoſis, foliorum infimis ſerraturis ſetaceis reflexis. *Fl. zeyl.* 213.
Corchorus plinii. *Bauh. pin.* 317.
Corchorus ſ. Melochia ſ. Olus judaicum. *Cam. hort.* 47. *t.* 12.
Melochia. *Alp. ægypt.* 45. *t.* 45.
Habitat in *Aſia*, *Africa*, *America.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

2. CORCHORUS capſulis ſubrotundis depreſſis rugoſis. *Fl. zeyl.* 214.
Alcea olitoria ſ. Corchorus americana, prælongis foliis, capſula ſtriata ſubrotunda brevi. *Pluk. alm.* 13. *t.* 255. *f.* 4.
Habitat in *America*, *Zeylona.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

3. CORCHORUS capſulis linearibus compreſſis bivalvibus.
Corchorus folio ulmi major. *Plum. ſpec.* 7.
Corchorus americanus minor, carpini folio, ſiliqua anguſtiſſima ex lateribus ramorum proveniente. *Breyn. prodr.* 3. *p.* 56.
Corchoro affinis, Chamædryos folio, flore ſtamineo, ſeminibus atris quadrangulis duplici ſerie diſpoſitis. *Sloan. flor.* 50. *hiſt.* 1. *p.* 145. *t.* 94. *f.* 1. *Raj. ſuppl.* 516.

Habitat in ſaxoſis *Jamaicæ.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.
Obſ. Folia *carent infimo dente ſetaceo, quo præcedentes gaudent* & capſulæ *bivalves, biloculares* & *perfecte* ſiliquoſæ *ſunt, nihilominus eſt genuina ſpecies* Corchori.

X Y L O N.

1. XYLON foliis digitatis, caule inermi. *Fl. zeyl.* 220.
Xylon caule inermi. *Hort. cliff.* 75.
Goſſypium javanenſe, ſalicis folio. *Bauh. pin.* 430.
Ponja. *Rhed. mal.* 3. *p.* 59. *t.* 49. 50. 51.
Habitat in *India.*
Hoſpitatur in *Caldario*, arbor †.

2. XYLON foliis digitatis, caule aculeato. *Fl. zeyl.* 221.
Xylon caule aculeato. *Hort. cliff.* 75.
Goſſipium arboreum, caule ſpinoſo. *Bauh. pin.* 430.
Moul-elavou. *Rheed. mal.* 3. *p.* 61. *t.* 52.
Habitat in *India* utraque.
Hoſpitatur in *Caldario*; Arbor †.

B I X A.

1. BIXA. *Hort. cliff.* 211.
Mitella americana maxima tinctoria. *Tournef. inſt.* 242.
Orleana ſ. Orellana, folliculis lappaceis. *Pluk. alm.* 272. *t.* 209. *f.* 4. *Comm. hort.* 1. *p.* 65. *t.* 33.
Arbor mexicana, fructu caſtaneæ, coccifera. *Bauh. pin.* 419. *Raj. hiſt.* 1771.
Pharm. Orleana Terra.
Habitat in *Braſilia, Mexico, Jamaica* aliisque calidioribus *Americæ.*
Hoſpitatur in *Caldario*, arbor.

T R I U M F E T T A.

1. TRIUMFETTA. *Hort. cliff.* 210. *deſcr.*
Lappula bermudenſis althæoides ſpicata, fructu orbiculari majore. *Pluk. alm.* 206. *t.* 215. *f.* 7.
Agrimonia lappacea inodora, folio ſubrotundo dentato. *Sloan. flor.* 92. *hiſt.* 1. *p.* 11. *Raj. ſuppl.* 247.
Habitat in *Jamaica, Braſilia, Bermudis.*
Hoſpitatur in *Caldario*, ſed ſæpe perit, vix floret, fruteſcens.

DIGY-

DIGYNIA

PÆONIA.

1. PÆONIA. *Hort. cliff.* 211.
α. Pæonia foliis lobatis ex ovato-lanceolatis. *Hall. helv.* 311.
Pæonia folio nigricante ſplendido, quæ mas. *Bauh. pin.* 323.
Pæonia mas. *Lob. ic.* 684.
Pharm. PÆONIÆ Radix, *Fæculæ*, *Conſerva*, *Syrupus*, *Tinctura*, *Aqua*, Semina.
Svecis Corall-Pion.
β. Pæonia communis vel femina. *Bauh. pin.* 323.
Pæonia foliis difformiter lobatis. *Hall. helv.* 311.
Pæonia femina. *Lob. ic.* 682.
Pharm. PÆONIÆ Flores, *Conſerva*, *Syrupus*.
Svecis Ånkla Pioner.
γ. Pæonia femina, flore pleno rubro majori. *Bauh. pin.* 324.
Pæoniæ feminæ multiplex flos. *Dod. pempt.* 195.
Svecis Pion.
Habitat in umbroſis *Helvetiæ* & *Idæ* in *Creta* vallibus montium.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

TRIGYNIA.

RESEDA.

1. RESEDA floribus tetragynis, foliis pinnatis.
Reſeda foliis pinnatis integerrimis. *Hort. cliff.* 212.
Reſeda maxima. *Bauh. pin.* 100. *Lob. hiſt.* 110.
Habitat *Monſpelii.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.
Obſ. *Hæc variat foliis undulatis & criſpa evadit.*
2. RESEDA foliis omnibus trifidis, inferioribus pinnatis. *Hort. cliff.* 212.
Reſeda vulgaris. *Bauh. pin.* 100.
β. Reſeda criſpa gallica. *Bocc. ſic.* 77. *t.* 41. *f.* 3.
Reſeda maſſilienſis foliis latioribus criſpis. *Pluk. alm.* 317. *t.* 55. *f.* 4.

Habi-

Habitat in montibus cretaceis murisque *Belgii*, *Angliæ*, *Galliæ*, *Italiæ*. Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.

3. RESEDA floribus trigynis, calycibus maximis hexaphyllis.

Reſeda foliis integris trilobisque, calycibus maximis. *Hort. cliff.* 212.

β. Reſeda minor vulgaris, foliis integris. *Tournef. inſt.* 423.
Reſedæ affinis Phyteuma quorundam. *Dalech. hiſt.* 1198.
Phyteuma. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 386. *fig.*

Habitat *Monſpelii*, *Pariſiis*, *Romæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, †.
Deſcr. Radix *annua*, Caulis *ramoſus diffuſus herbaceus* Calyx *hexaphyllus, maximus*; Corolla *hexaphylla*. Petala duo ſuprema *majora*, *alba*, *capillaceo-multifida*. Petala duo media *minora alba*, *capillaceo-multifida*. Petala duo infima *capillacea ſimpliſſima*. *Horum quatuor ſuprema baſi ſquamata nectarium conſtituunt.* Stamina *ſedecim*, *filamentis ſubulatis*, *craſſis*, *flaveſcentibus*, *brevibus*; *Antheris oblongis flaveſcentibus*. Germinis *ſtyli tres*. Fructus *in pedunculo horizontali calyce maximo*, *reflexo*, *Capſula tricuſpidi aperta*, *ſupra baſin glandulam nectarii ferens ovatam.*

D E L P H I N I U M.

1. DELPHINIUM caule ſimplici, nectariis monophyllis. *Hort. cliff.* 213.

Delphinium hortenſe (ſpecies 14-39.) *Tournef. inſt* 426.
Conſolida regalis hortenſis, flore majore & ſimplici. *Bauh. pin.* 142.
Flos regius. *Dod. pempt.* 252.

β. Conſolida regalis, flore majore & ſimplici. *Bauh. pin.* 142.

Habitat - -
Hoſpitatur *ſub dio*, ubique in hortis, annua.

2. DELPHINIUM nectariis diphyllis, foliis palmatis: laciniis integerrimis. *Hort. cliff.* 213.

Delphinium, platani folio, Staphiſagria dictum. *Tournef. inſt.* 428.
Staphis agria. *Bauh. pin.* 324. *Dod. pempt.* 366.
Pharm. Staphisagriæ Semina.

Habitat in *Iſtria*, *Dalmatia*, *Calabria*, *Apulia*, *Creta*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis.

3. DELPHINIUM nectariis diphyllis: labellis integris, floribus ſubſolitariis, foliis compoſitis lineari-multipartitis.

Delphinium elatius ſubincanum, perenne, floribus amplis azyreis. *Amm. ruth.* 132. *n.* 175. Delphi-

Delphinium luſitanium glabrum, aconiti folio. (*Tournef. inſt.* 426?) *Roloff. ind.* 61. *t.* 3.

Habitat in *Sibiria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Deſcr. Radix *perennis.* Caulis *ſemipedalis*, *ſubdiviſus*, *& facies totius plantæ Delphinii* ſegetum *Fl. ſuec.* 440. *ſed majora omnia*, *& flores omnium ſpecioſiſſimi*, *& diphylla nectaria & radix perennis*, *hinc varietas eſſe neqvit.* Caulis *ſubtomentoſus*, *non ſtrictus ſed ſæpe debilis.* Folia *compoſita ex ternis foliis*, *ſingulis trichotomis linearibus*, *ovatis*, *glabris*, *ſupra nitidis*, *linea exaratis.* Corolla *magna cærulea*, *nectaria itidem cærulæa*, *ſed labellis reflexis*, *ſtamina omnino ocultantibus*, *integris*, *ad baſin luteo-barbatis*, *minime bifidis*, *aut apice barbatis.* Calcar *parum rugoſum eſt.*

4. DELPHINIUM nectariis diphyllis, labellis bifidis apice barbatis, foliis inciſis, caule erecto.

Delphinium nectariis diphyllis, foliis peltatis multipartitis acutis. *Hort. cliff.* 213.

Delpinium orientale perenne, aconiti folio, flore cæruleo. *Tournef. cor.* 30.

Delphinium perenne, aconiti folio ampliori, floribus longioribus pediculis inſidentibus, minus villoſum. *Amm. ruth.* 131.

Aconitum cæruleum hirſutum, flore conſolidæ regalis. *Bauh. pin.* 183.

Aconitum lycoctonum, flore delphinii ſileſiæ. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 94.

Habitat in *Sibiria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Deſcr. Radix *perennis.* Caulis *lævis*, *humanæ altitudinis.* Folia *lata*, *trifida*, *quinquefida*, *inciſa*, *glabra*, *niſi interdum marginibus & rugis villoſa.* Racemi *longi*, *terminales.* Nectaria *pone rugoſa*; *labio ſuperiore fuſca*, *inferiore reflexa*, *bifida*, *in medio & apicibus lana flava barbato*; *ſub labello ſtamina in conſpectum cadunt.*

Varietates *hujus duas minores accepimus e* Sibiria *foliis omnino glabris*, *profundius & latius diviſis*, *qvarum*

β *Corolla incarnata*, *nectarii limbo fuſco*, *ſolo labii inferioris apice alba barba notato*

γ *Corolla cærulea*, *nectarii limbo nigricante ſolo labii inferioris apice alba barba notato.*

Quod hæ β, γ. *ſint varietates præcedentis* α, *indicant calcar maxime rugoſum*, *nectarii labium profunde bifidum*; *ſed* Folia *utrinqae profundius diviſa*, *laciniis linearibus*, *nec ovatis*, *ut in* α, *quæ non parum plantas diſtingunnt externa facie.*

ACONITUM.

1. ACONITUM foliis multifidis, laciniis ſemipartitis ſuperne latis. *Hort. cliff.* 214.

Aconitum cæruleum minus ſ. Napellus minor. *Bauh. pin.* 183.

Aconitum cæruleum parvum. *Dod. pempt.* 441. *Lob. hiſt.* 386. *Dalech. hiſt.* 1743.

Aconitum lycoctonum, flore cæruleo: galea elatiori, radice bulboſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 659.

Habitat in *Italiæ* montibus.

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Obſ. *Flores hujus albo-cæruleſcentes ſ. albo-cæruleoque varii.*

2. ACONITUM foliis multipartitis, laciniis linearbius incumbentibus ſquarroſis.

Aconitum pyrænaicum luteum, foliorum ſegmentis ſibi invicem incumbentibus. *Raj. europ.* 367.

Aconitum ſalutiferum elatius pyrenaicum, foliis atrovirentibus, flore majore. *Tourneſ. inſt.* 425.

Habitat in *Sibiria*, *Tataria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Deſcr. Radix *vivax.* Caules *tripedales*, *erecti*, *ſubtomentoſi*, *teretes*, *ramoſi.* Folia *radicalia & caulina petiolata*, *ampla*, *multipartita & ſubdiviſa*; *laciniis linearibus*, *glabris*, *linea exaratis*, *copioſis*, *ita ut*, *licet divaricatæ laciniæ*, *tamen ſemper incumbentes*, *erectinſculæ apicibus*, *ſibi invicem incumbunt quaſi ſquarroſæ*, *glabræ.* Corollæ *luteæ*, *cucullo valde anguſto*, *ut in ſpecie medelpadica ſed ſaturatius flavæ.* Antheræ *nigricantes.* Nectaria *minus revoluta*, *ore oblongo*, *integro.* Piſtilla *ſæpius tria.* *Spica nutat ante floreſcentiam.*

3. ACONITUM foliorum laciniis linearibus diſtinctis, ubique ejusdem latitudinis. *Hort. cliff.* 214. *Hall. helv.* 313.

Aconitum ſalutiferum ſ. Anthora. *Bauh. pin.* 184.

Antithora flore luteo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 660.

Anthora. *Dod. pempt.* 443. *Lob. hiſt.* 385.

Anthora ſ. Antithora. *Cam. epit.* 837.

Pharm. ANTHORÆ Radix.

Habitat in Alpibus *Helveticis*, *Taurinis*, *Allobrogicis*, *Pyrenæis.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

PENTAGYNIA.

AQUILEGIA.

* AQUILEGIA nectariis incurvis. *Fl ſvec.* 443.

β. Aquilegia ſibirica, floribus magnis cæruleis, nectariorum oris flavis.

Aqui-

γ. Aquilegia hortenſis ſimplex (variorum colorum.) *Bauh. pin.* 144.

δ. Aquilegia hortenſis multiplex, flore magno (variorum colorum.) *Bauh. pin.* 144.

ε. Aquilegia hortenſis, multiplici flore inverſo. *Bauh. pin.* 145.

ζ. Aquilegia ſtellata (variorum colorum.) *Beſl. eyſt.*
Aquilegia flore roſeo multiplici. *Bauh. pin.* 145.
Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur.

2. AQUILEGIA nectariis rectis, ſtaminibus corolla longioribus.
Aquilegia corolla ſimplici, nectariis fere rectis. *Gron. virg.* 59.
Aquilegia pumila præcox canadenſis. *Cornut. canad.* 60. *t.* 60. *Rob. ic.* 26. *bona.*
Aquilegia virginiana, flore rubente. *Pluk. alm.* 38.
Aquilegia præcox canadenſis, flore externe rubicundo; medio luteo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 457. *ſ.* 12. *t.* 2. *f.* 4. *mala.*
Habitat in *Virginia*, *Canada.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. *Hæc non modo corollis rubris longioribus anguſtioribusque, corniculis nectariferis rectis & ſtaminibus longioribus differt a præcedente, ſed & Foliis tenuioribus diverſaque textura.*

NIGELLA.

1. NIGELLA foliis involucro folioſo cinctis. *Hort. cliff.* 215.
Nigella anguſtifolia, flore majore ſimplici cæruleo. *Bauh. pin.* 145. *Raj. hiſt.* 1070.
Melanthium ſylveſtre. *Lob. ic.* 741. *Matth. dioſc.* 529.
Melanthium damaſcenum. *Dod. pempt.* 304.

β. Nigella flore majori pleno cæruleo. *Bauh. pin.* 145.
Melanthium damaſcenum, flore pleno. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 207. *t.* 208.
Svecis Jungfrun i det gröna.
Habitat inter ſegetes *Narbonæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. NIGELLA piſtillis decem corolla longioribus. *Hort. cliff.* 215. *deſcr.*

Nigella orientalis, flore flavo, ſemine alato plano. *Tournef. cor.* 19.

Nigella chalepenſis lutea, corniculis longioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 516. *ſ.* 12. *t.* 18. *f.* 10. *Raj. app.* 525.

Habitat circa *Halepum.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. *Hæc corolla lutea, piſtillis corolla duplo longioribus, ſeminibus membranaceis marginatis.*

3. NIGELLA petalis ſubtricuſpidatis, foliis ſubpiloſis.

Nigella flore minore ſimplici candido. *Bauh. pin.* 145.

Nigella alba, ſimplici flore. *Alp. exot.* 261. *t.* 266.

Melanthium ſativum. *Dalech. hiſt.* 812. *Cam. epit.* 551.

Pharm. Nigellæ Semina, *Oleum.*

Habitat in *Ægypto, Creta.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. *Semina diſtinctiſſima ſapore & odore fragrantiſſimo*; Folia *vix manifeſte piloſa, ut & caulis; petala tridentata apice, ſed laterales dentes obliterati.*

4. NIGELLA piſtillis decagynis corollam æquantibus.

Nigella latifolia, flore majore ſimplici cæruleo. *Bauh. pin.* 145. *prodr.* 75. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 516. *ſ.* 12. *t.* 18. *f.* 8.

Nigella hiſpanica, flore amplo. *Raj. hiſt.* 1079.

Habitat in *Hiſpania.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. *Flos magnus, cæruleſcens.*

POLYGYNIA.

LIRIODENDRUM.

1. LIRIODENDRUM. *Hort. cliff.* 223. *Gron. virg.* 60.

Tulipifera arbor virginiana. *Herm. lugdb.* 612. *t.* 613.

Tulipifera virginiana, tripartito aceris folio, media lacinia velut abſciſſa. *Pluk. alm.* 379. *t.* 117. *f.* 5. & *t.* 248. *f.* 7.

Tulipifera caroliniana, foliis productioribus magis anguloſis. *Pluk. alm.* 379. *t.* 68 *f.* 3.

Arbor tulipifera virginiana, tripartito aceris folio: media lacinia velut abſciſſa. *Raj. hiſt.* 1798. *Cateſb. carol.* 1. *p.* 48. *t.* 48.

Svecis Penſylvaniæ Tulpan-träd.

Habi-

Habitat vulgatiſſima in *Carolina*, *Virginia*, *Penſylvania*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, miſſa a doctiſſimo *Medico Anglo Iſac. Lawſono* & curioſiſſimo *Peregrinatore Catesbæo*. Arbor †.

HEPATICA.

* HEPATICA. *Hort. cliff.* 223. *Fl. ſvec.* 445.
δ. Hepatica flore pleno cæruleo. *Rupp. jen.* 127.
ε. Hepatica flore pleno purpureo. *Rupp. jen.* 127.
ζ. Hepatica flore pleno albo. *Hort. cliff.* 223.
Habitat in *Europa*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

PULSATILLA.

1. PULSATILLA foliis decompoſitis ternatis. *Hort. cliff.* 223. *Roy. lugdb.* 487.
Anemone tenuifolia, ſimplici flore. (*ſpecies* 2-12.) *Baub. pin.* 174.
Anemone hortenſis tenuifolia, ſimplici flore. (*ſpec.* 2-20.) *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 255-260.
Svecis Anemon.
Habitat in *Oriente* unde *Conſtantinopolin* advenit qvondam.
Hoſpitatur æſtate *ſub dio*, hyeme in arena ſicca ſervatæ radices, perennes.

ANEMONE.

1. ANEMONE foliis ternatis ovatis integris ſerratis, caule unifloro.
Anemone trifolia, flore albo. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 412.
Anemone trifolia. *Dod. pempt.* 436.
Habitat - - - - in *Svecia* nondum reperi ſpontaneam, interim non longinqvam eſſe conſtet.
Hoſpitatur *ſub dio*, optime, umbroſa amat & ſpongioſa ac nemoroſa, raro ſemina perficit, perennis.
Obſ. *Haberet aliqvis hanc facile pro varietate* Anemones *vulgatiſſimæ nemoroſæ, Fl. ſvec.* 450. *cum differat ſolis foliis latioribus exacte ovatis, minime inciſis, ſed tantum æqualiter ſerratis, cumque tempore & flore conveniant, ſed cum ſemina ſint villoſa, licet non caudata, pro diſtincta habeo.*

CLEMATIS.

1. CLEMATIS foliis pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff.* 225. *Roy. lugdb.* 486.
Flammula recta. *Baub. pin.* 300.
Flammula. *Cam. epit.* 698. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 124.

Habi-

Habitat in collibus *Auſtriæ*, *Pannoniæ*, & ad *Tanaim*.
Hoſpitatur *ſub dio*, facillime, ſemina maturans, perennis.

2. CLEMATIS foliis ſimplicibus lanceolatis. *Hort. cliff.* 225. *Roy. lugdb.* 486.
Clematis cærulea erecta. *Bauh. pin* 300.
Clematis cærulea pannonica. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 123.
Habitat in *Ungaria* & *Tataria*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

ADONIS.

1. ADONIS floribus octopetalis, fructibus cylindraceo-oblongis.
Adonis radice annua. *Hort. cliff.* 321.
α. Adonis ſylveſtris, flore phœniceo ejusque foliis longioribus. *Bauh. pin.* 178.
Adonis flore pallido. *Cam. epit.* 648.
β. Adonis hortenſis, flore minore atro-rubente. *Bauh. pin.* 178.
Flos adonis 1. *Cluſ.* 1. *p.* 336.
Eranthemum. *Dod. pempt.* 260.
Habitat inter ſegetes *Germaniæ*, *Galliæ*, *Hiſpaniæ*, *Italiæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

RANUNCULUS.

1. RANUNCULUS foliis quinaris lanceolatis inciſo-ſerratis. *Hort. cliff.* 229. *Hall. helv.* 325. *Roy. lugdb.* 490.
β. Ranunculus folio aconiti, flore albo multiplici. *Bauh. pin.* 179.
Ranunculus pleno flore albo. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 236.
Habitat in alpibus *Helveticis*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, & ſæpe *ſub dio*, perennis.

2. RANUNCULUS foliis tripartitis laciniatis, caule inferne ramoſo, radice tuberoſa. *Hort. cliff.* 230.
Ranunculus grumoſa radice (ſpec. 5-10.) *Bauh. pin.* 181.
Ranunculus aſiaticus, grumoſa radice. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 240-243.
Ranunculus conſtantinopolitanus. *Dod. pempt.* 430.
Habitat in *Aſia* aut *Syria*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

3. RA-

3. RANUNCULUS ſeminibus aculeatis, foliis ſimplicibus palmatis inciſis. *Hort. cliff.* 229.

β. Ranunculus ſtellatus echinatus creticus. *Bauh. pin.* 180. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 440. *ſ.* 4. *t.* 29. *f.* 24.

Ranunculus creticus echinatus latifolius. *Alp. exot.* 263. *t.* 262.

γ. Ranunculus hirſutus annuus, flore minimo. *Pluk. alm.* 311. *t.* 55. *f.* 1. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 12. *f.* 1.

Ranunculus medius arvenſis annuus hirſutus, flore omnium minimo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 440. *ſ.* 4. *t.* 28. *f.* 21.

Habitat locis eluumentibus cultis, *Angliæ*, *Cretæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. *Ambæ* β. γ. *annuæ, procumbentes, licet* γ. *floribus, foliis, ſeminibus longe minoribus gaudeat, nullam tamen reperio notam ſpecificam genuinam.*

4. RANUNCULUS foliis filiformi-ramoſis, calycibus appendiculatis.

Adonia puſilla ſegetum, foliis tenuibus trifidis, ſpica leviter piloſa caudam vulpinam referente. *Pluk. alm.* 11.

Myoſurus foliis ramoſis. *Hort. cliff.* 117.

Melampyrum luteum minimum. *Bauh. pin.* 234.

Melampyrum perpuſillum luteum. *Lob. adverſ.* 11. *Dalech. hiſt.* 420.

Ranunculus ceratocephalus, ſeminibus ſulcatis in ſpicam adactis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 440. *ſ.* 4. *t.* 28. *f.* 22.

Habitat inter ſegetes *Gallo-provinciæ*, *Narbonenſis*, *Hiſpaniæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

ISOPYRUM.

1. ISOPYRUM ſtipulis ſubulatis, petalis acutis.

Helleborus fumariæ foliis. *Amm. rhut.* 74. *t.* 12.

Habitat in ſucculentis umbroſis *Sibiriæ* ad fluvios *Jeniſeam*, *Selengam*, *Nertſcham*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

HELLEBORUS.

1. HELLEBORUS ſcapo bifloro ſubnudo, foliis pedatis.

Helle-

Helleborus ſcapo floriforo ſubnudo, pedunculo communi bipartito. *Hort. cliff.* 227.

Helleborus niger flore roſeo. *Bauh. pin.* 186.

Elleborus niger legittimus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 275.

Pharm. HELLEBORI NIGRI Radix, Extractum.

Habitat in *Auſtria*, *Apenninis*, *Hetruria*.

Hoſpitatur in *Frigidario*, florens menſe januario, adeoque prima in Horto, perennis.

2. HELLEBORUS caule æquali folioſo; foliis radicalibus caulem tandem ſuperantibus. *Hort. cliff.* 227. *Roy. lugdb.* 484.

Helleborus niger hortenſis, flore viridi. *Bauh. pin.* 185.

Elleborum nigrum alterum. *Cam. epit.* 941.

Helleboraſtrum. *Lob. ic.* 680.

Habitat in montibus *Viennenſibus*, *Euganeis*.

Hoſpitatur in *Frigidario* & ſæpe *ſub dio*, perennis, primo vere florens.

3. HELLEBORUS flore folio inſidente. *Hort. cliff.* 227. *Roy. lugdb.* 484.

Helleborus ranunculoides præcox tuberoſus, flore luteo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 459. *ſ.* 12. *t.* 2. *f.* 4.

Aconitum unifolium bulboſum. *Bauh. pin.* 183.

Aconitum hyemale belgarum. *Lob. hiſt.* 385.

Habitat in *Lombardia*, *Apenninis*, *Florentiæ*.

Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario* perennis, prima florens inter omnes.

CLASSIS. XIV.

DIDYNAMIA GYMNOSPERMIA.

TEUCRIUM.

1. TEUCRIUM foliis rhombeo-acutis villoſis ſubtus tomentoſis.

Teucrium fruticans bæticum, ampliore folio *Dill. elth.* 397. *t.* 284. *f.* 367.

Teucrium argenteum, ſubrotundis foliis non ſinuoſis, flore caeruleo *Pluk. alm.* 363.

Teucrium bæticum humulius & ramoſius, folio ſubrotundo. *Hort. angl. t.* 3.

Habitat in *Bætica* regione.

Hoſpitatur in *Frigidario*, fruticulus.

Obſ. Folia *quam Teucrium C. B. breviora, ſupra villo albo adſperſa, ſubtus tomento niveo tecta.* Corollæ *minores, coeruleo-albicantes venis coeruleſcentibus;* Planta *brevis frutex.*

2. TEUCRIUM foliis lanceolato-linearibus integerrimis ſubſeſſilibus, floribus ſolitariis pedunculatis. *Hort. cliff.* 303.

Teucrium fruteſcens, ſtoechadis arabicæ folio & facie. *Tournef. cor.* 14.

Roſmarinum ſtoechados facie. *Alp. exot.* 103. *t.* 102. *Moriſ. hiſt* 3. *p.* 410. *ſ.* 11. *t.* 16. *f.* 3.

Polium anguſtifolium creticum. *Bauh. pin.* 221.

Pharm. Polii cretici Herba.

Habitat in *Creta.*

Hoſpitabatur aliquot annis per hyemes in *Tepidario*, ſed periit absque flore.

3. TEUCRIUM foliis ovatis utrinque acutis integerrimis, floribus ſolitariis utrinque digeſtis. *Hort. cliff.* 303.

Chamædrys incana maritima fruteſcens, foliis lanceolatis. *Tournef. inſt.* 205.

Marum cortuſi. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 242.

Pharm. Mari veri Herba.

Habi-

Habitat in regno *Valentiae*, *Creta*. *Syria*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, ſuffrutex.
Vix datur in Regno vegetabili planta odore præſtantior, vel magis volatili principio gaudens, adeoque nec in Hydrope, Aſthmate, Hyſteria præſtantior.

4. TEUCRIUM foliis linearibus trifidis integerrimis.
Teucrium foliis ſimpliciter trifidis. *Hort. cliff.* 301. *Guett. flor.* 2. *p.* 248.
Chamæpitys lutea vulgaris ſ. folio trifido. *Bauh. pin.* 249.
Chamaepitys prima. *Dod. pempt.* 46.
Pharm. CHAMÆPITYOS Herba.
Habitat in arenoſis ſabuloſis reſtibilibusque agris *Italiæ*, *Angliæ*, *Hungariæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

5. TEUCRIUM foliis ovatis crenatis, floribus laxe ſpicatis pedunculatis (*Hort. cliff.* 302.) caule fruteſcente.
Teucrium. *Bauh. pin.* 247.
Chamaedrys fruticoſior ſ. Teucrium vulgare, flore ochroleuco. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 421. *ſ.* 11. *t.* 22. *f.* 1.
Habitat in aſperis nudis *Hiſpaniæ*, *Italiæ*, *Siciliæ*, *Malthæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, fruticuloſa.
Deler. *Generatio plantarum nullibi magis in oculos cadit quam in hac planta, ubi corollæ brachia manus obſtetricantes porrigunt.* En *ſtupendam ſapientiam Creatoris.*

THYMUS.

1. THYMUS erectus, foliis margine reflexis ovatis, floribus verticillato-ſpicatis. *Hort. cliff.* 305.
Thymus vulgaris, folio tenuiore. *Bauh. pin.* 219.
β. Thymus vulgaris, folio latiore. *Bauh. pin.* 219.
Thymum durius. *Dod. pempt.* 276.
Pharm. THYMI VULGARIS Herba, *Aqua*, Semina.
Svecis Timian.
Habitat in montoſis & ſaxoſis *G. Narbonenſis*, ea copia, qua Erica apud nos.
Hoſpitatur *ſub dio*, ubi α ſæpius perennat, β vero raro.

2. THYMUS verticillis lanuginoſis, dentibus calycinis ſetaceis piloſis. *Hort. cliff.* 306.
Thymbra hiſpanica, majoranæ folio. *Tournef. inſt.* 197.

Sam-

Sampſucus ſ. Marum maſtichen redolens. *Bauh. pin.* 224.
Maſtichina. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 156.
Marum vulgare ſ. Clinopodium. *Dod. pempt.* 271.
Habitat in aridis petroſis *Hiſpaniæ.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis ♄.

SATUREIA.

1. SATUREJA pedunculis bifloris. *Vir. cliff.* 57. *Roy. lugdb.* 324.
Satureja hortenſis. *Bauh. pin.* 218.
Satureja. *Dod. pempt.* 287.
Thymus erectus annuus, foliis lanceolato-linearibus. *Hort. cliff.* 306.
Pharm. SATUREJÆ Herba, *Aqua*, *Oleum*, Semina.
Svecis Kyndel. *Gothis* Safwer.
Habitat in *Gallia Narbonenſi.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur, frequens.

2. SATUREJA pedunculis dichotomis. *Vir. cliff.* 57. *Roy. lugdb.* 324.
Satureja montana. *Bauh. pin.* 218.
Satureja durior. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 272.
Calamintha fruteſcens, saturejæ folio facie & odore. *Tournef. inſt.* 194.
Meliſſa foliis linearibus integerrimis. *Hort. cliff.* 308.
Thymbra. *Dod. pempt.* 282.
Saxifraga ſecunda. *Cam. epit.* 717.
Habitat in glareoſis *Hetruriæ* & *Narbonae.*
Hoſpitatur *ſub dio*, interdum in *Frigidario* hybernat, perennis.

ORIGANUM.

1. ORIGANUM foliis ovatis obtuſis, ſpicis confertis compactis pubeſcentibus. *Hort. cliff.* 304.
Majorana vulgaris. *Bauh. pin.* 224.
Sampſucus ſ. Majorana. *Lob. hiſt.* 265.
Pharm. MAJORANÆ Herba, *Conſerva*, *Aqua*, *Oleum*, Semina.
Svecis Mejran.
Habitat - - - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, raro ſemen maturans, frequens in hortis oleraceis.

LAVANDULA.

1. LAVANDULA foliis lanceolatis integris, ſpicis nudis. *Hort. cliff.* 303.
   Lavendula latifolia. *Bauh. pin.* 216.
   Pſeudo-Nardus ſ. Nardus italica. *Cam epit.* 17.
   Pharm. Lavendulæ Flores, *Conſerva*, *Aqua*, *Spiritus*, *Oleum*, Semina.
   Spicæ *Oleum.*
   Habitat in apricis petroſis *G. Narbonenſis*, *Hiſpaniæ*, *Italiæ.*
   Hoſpitatur per hyemes in *Frigidario*, æſtate *ſub dio*, perennis plerumque.

2. LAVANDULA foliis duplicato-pinnatifidis. *Vir. cliff.* 6. *Roy. lugdb.* 322. *Hort. cliff.* 303. *n.* 2.
   Lavendula folio diſſecto. *Bauh. pin.* 216.
   Lavendula multifido folio. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 345.
   Habitat circa Bæticæ urbem *Malaccam* & *Murciam.*
   Hoſpitatur in *apricario*, floret primo anno & proxima hyeme in *Tepidario* quotannis apud nos periit.

3. LAVANDULA foliis lanceolato-linearibus, ſpica comoſa. *Hort. cliff.* 303.
   Stæchas purpurea. *Bauh. pin.* 216.
   Stæchas arabica vulgo dicta. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 277.
   Stæchas. *Cam. epit.* 465.
   Pharm. Stæchadis arabicæ Flores,
   Habitat in *G. Narbonenſi*, *Hiſpania*, *Luſitania.*
   Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

HYSSOPUS.

1. HYSSOPUS ſpicis ſecundis. *Hort. cliff.* 304.
   Hyſſopus officinarum cœrulea ſ. ſpicata. *Bauh. pin.* 217.
   Hyſſopus vulgaris. *Dod. pempt.* 287.
   β. Hyſſopus vulgaris alba. *Tournef. inſt.* 201.
   γ. Hyſſopus rubro flore. *Bauh. pin.* 217.
   Pharm. Hyssopi Herba, *Conſerva*, *Syrupus*, *Eſſentia*, *Aqua*, *Oleum*, Semina.
   Svecis Iſop.
   Habitat forte in *Italia.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, vulgaris, perennis, cicur.

2. HYSSOPUS corollis tranſverſalibus, ſtaminibus inferioribus corolla brevioribus.
   Lophantus *vulgo.*

Habi-

Habitat ubique in *Sibiria*, inventore Cl. *Gmelino.*
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, perennis.
Radix *perennis.* caules *multi*, *pedum 4. ſ. 5*, *nudi*, *inferne ſexangulares*, *ſuperne quadrangulares*, *vix tomentoſi*, *brachiati*: Folia *inferne terna*, *ſuperne oppoſita*, *cordata*, *obtuſa*, *concava*, *petiolata*, *obtuſe ſerrata*, *graveolentia*; Floralia *vero magis ovata & ſeſſilia.* *E ſummis virgis* Pedunculi *oppoſiti*, *ſolitarii*, *longitudine vix foliorum*, *ſinguli bifidi*, *recurui.* Flores *9. 11 aut 13. ferentes ſeſſiles*, Calycibus *ſtriatis*, *oblongis*, *viſcidis.* Corollæ *magnæ*, *cæruleæ*; *labio inferiore non deorſum*, *ſed ad latus ſiniſtrum ſpectante*; *labio ſuperiore bipartito*; *laciniis lateralibus patulis*; *labio inferiore dentato & inciſo.* Stylus *cæruleus*, *corolla longior*; ſtamina *4*, *quorum 2 ſuperiora recta ut piſtillum*, *corolla longiora*, *2 vero inferiora corolla breviora.* *Eſt ergo* Hyſſopus flore inverſo *eodem modo, quo Bugula orientalis in ſuo genere.*

3. HYSSOPUS caule acute quadrangulo glabro. *Vir. cliff.* 58. *Roy. lugdb.* 316. *Gron. virg.* 66. *ſub* Nepeta.
Brunella bracteis lanceolatis. *Hort. cliff.* 316.
Sideritis canadenſis altiſſima, ſcrophulariæ folio, flore flaveſcente. *Tournef. inſt.* 192.
Betonica virginiana elatior, foliis ſcrophulariæ glabris, flore ochroleuco *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 365. *ſ.* 11. *t.* 4. *f.* 11. *Pluk. alm.* 67. *t.* 150. *f.* 3.
Habitat in *Virginia*, *Canada.*
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, biennis ſæpius,
Caulis *humanæ altitudinis*, *glaber*, *viridis*, *acute quadrangularis*, *angulis concauis.* Folia *cordata*, *petiolata*, *acute ſerrata glabra*, *venoſa* Spicæ *terminales tetragonæ*, *Bracteis lanceolatis*, *integerrimis.* corollæ *flavæ*, *vix calyce majores.*
Character Hyſſopi deſumendus eſt a corollæ labio crenato & ſtaminibus diſtantibus, ne confluat cum Nepetæ genere; hiſce poſitis tres prædictæ ſpecies congeneres evadunt.

MELISSA.

1. MELISSA floribus ex alis inferioribus ſubſeſſilibus. *Hort. cliff.* 307.
Meliſſa hortenſis. *Bauh. pin.* 229.
Apiaſtrum ſ. Meliſſophyllum. *Lob. hiſt.* 277.
Pharm. MELISSÆ CITRINÆ Herba, *Syrupus*, *Eſſentia*, *Spiritus*, *Oleum*; Semina.
Svecis Citron meliſſ.
Habitat in montibus & ſylvis *Allobrogicis*, *Genevenſibus* & *Italicis.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, ſæpius.

NEPETA.

* NEPETA floribus interrupte ſpicatis pedunculatis. *Hort. cliff.* 310. *Roy. lugdb.* 316. *Gron. virg.* 65. *Fl. ſvec.* 486.

Flori-

β. *Floribus ſpicatis cæruleis foliis ſubtomentoſis.*
γ. *Floribus laxe ſpicatis cæruleis, foliis nudis.*
Habitat in *Hiſpania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Deſc. *Ambæ varietates minores, minus tomentoſæ & molles, Floribus minoribus & purpuraſcentibus; Foliis recurvis profunde & dure ſerratis. Calyces ſtriati, obliqui ſeu curvi, inæquales.* &c. β *magis ſpicata, foliis latioribus ſ. cordato-lanceolatis.* γ *minus ſpicata, foliis adhuc anguſtioribus, magisque dentatis.*

2. NEPETA foliis ſeſſilibus nudis, calycibus fructus ovatis æqualibus.
Cataria hiſpanica, betonicæ folio anguſtiore, flore albo. *Tournef. inſt.* 202.
Mentha-cataria hiſpanica, olim Sideritis altiſſima, flore albo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 226.
Habitat in *Hiſpania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Caules *erecti, non villoſi, brachiati.* Folia *cordato-oblonga, rugoſa, obtuſe ſerrata, ſeſſilia, (præſertim ſuperiora) nuda, minimeque villoſa, dura & fere ſcabra, parum recurva.* Spicæ *laxæ undique caulem cingentes.* Corollæ *albæ, valde parvæ.* Calyces *ad ſeminum maturitatem ovati, ventricoſi, ore erecto, minimeque obliquo, ſulcati.*

3. NEPETA corymbis geminis pedunculatis axillaribus, foliis cordato-oblongis acuminatis ſerratis.
Cataria montana, foliis veronicæ pratenſis. *Buxb. cent.* 3. *p.* 27. *t.* 50. *f.* 1. *peſſima.*
Habitat in *Sibiria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Radix *vivax.* Caulis *pedalis, bipedalis, ſuperne nutans, ramoſus.* Folia *cordato-oblonga, rugoſa, ſupra nitida, ſubtus venoſa, profunda ſerrata. Ex aliis infimis rami, ex ſuperioribus flores.*
Pedunculi *ſolitarii, oppoſiti, ſinguli ferentes flores XI, dichotome diviſi.*
Bracteæ *filiformes vel nullæ.*
Calyces *curvi cylindrici, ſtriati labio ſuperiore trifido: media paulo majore, inferiore anguſtiore bipartito, paullo breviore.*
Corolla *violacea, tubo calyce longiore, incurvo.* Faux *lata, compreſſa;* labium ſuperius *ſemibifidum, longitudinaliter connivens, margine longitudinali reflexo.* Labium inferius *villoſum in medio, intermedia crenata.* Antheræ *oblongæ.*
Odor *fortis.*

BETONICA.

* BETONICA ſpicata, corollarum lacinia intermedia labii inferioris emarginata. *Roy. lugdb.* 316. *Fl. ſvec.* 487.

Beto-

β. Betonica alba. *Bauh. pin.* 235.
Habitat in *Svecia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

2. BETONICA verticillata, calycibus ſpinoſis.
Stachys foliis lanceolatis ſeſſilibus baſi adtenuatis. *Hort. cliff.* 310.
Sideritis arvenſis latifolia glabra. *Bauh. pin.* 223.
Alyſſum majus. *Tabern. hiſt.* 929.
Habitat in arvis *Germaniæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua †.

DRACOCEPHALUM.

1. DRACOCEPHALUM foliis linearibus indiviſis integerrimis, floribus ſpicatis.
Ruyſciana glabra, foliis integris. *Amm. ruth.* 50.
Prunella hyſſopi folio viridi, amplo flore cæruleo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 364. *ſ.* 11. *t.* 5. *f.* 9.
Habitat in *Sibiria* inque deſerto Ufenſi Nagaico Tatariæ.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Deſc. Radix *perennis.* Caulis *erectus*, *lævis.* Folia *linearia (in cultis, lanceolata) obtuſiuſcula integerrima*, *glabra*, *oppoſita (non verticillata)*, *marginibus revoluta.* Ramularum *rudimenta ex alis foliorum*, *hinc multa ſæpe folia.* Spica *oblonga*, *Bracteis ovatis*, *margine tomentoſis.* Calyces *quinquefidi: Labium ſuperius trifidum*, *lobo intermedio latiore*, *Labium inferius anguſtius.* *Ergo differt a* Dracocephalo foliis linearibus ramoſis acutis, floribus ſpicatis, *quod habeat* Folia *anguſtiora*, *acutiora & mucronata*, *ſæpe villoſa*; Stipulas *tridentatas*, *fere pungentes*; Corollas *majores*, *magis inflatas*; Calyces *anguſtiores*, *ſicciores*, *deſinentes in ſpicas ore quinquefido: lacinia ſumma rotundata lata*, *reliquis quatuor anguſtis lanceolatis.*

2. DRACOCEPHALUM foliis pinnato-ſinuatis obtuſis, floralibus ſpicatis villoſis coloratis.
Moldavica minor caneſcens, chamædryos folio. *Amm. rhut.* 43. *t.* 7. *f.* 1.
Habitat ad *Jernatſch.* Beatus *Stellerus.*
Hoſpitabatur *ſub dio*, periit primo anno.
Deſc. Radix *perennis.* Caules *ſpitamæi*, *decumbentes*, *fere glabri*, *tetragoni.* Folia *ſubovata*, *obtuſa*, *nuda*, *pinnatim ſinuata: ſinubus obtuſis*, *latiuſculis*, *petiolata.* Spica *bracteis lanceolatis*, *pinnato-dentatis*, *villoſis purpuraſcentibus (adeoque Melampyri agreſtis)*, *craſſa.* Calyces *ſtriati*, *ſinubus prominulis*, *ut in reliquis.* Corollæ *calyce duplo majores tantum*, *cæruleæ fauce inflatæ.* Planta *cujus ſynonymam ex figura adduxi folia gerit anguſtiora*, *minus ſinuata*, *ſpicam magis longam & laxam*; *corollas majores*, *labio inferiore non cæruleo*; *ſub eodem tamen nomine habui illam ſiccam & noſtræ ſemina.*

3. DRACOCEPHALUM floribus verticillatis, bracteis lanceolatis: ſerraturis capillaceis.

Dracocephalum floribus verticillatis, foliis ovato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 302.

Moldavica betonicæ folio, flore cæruleo. *Tourneſ. inſt.* 184.

Meliſſa peregrina, folio oblongo. *Bauh. pin.* 229.

Meliſſophyllum turcicum. *Lob. ad.* 220.

β. Moldavica betonicæ folio, flore albo. *Tourneſ. inſt.* 184.

Pharm. Melissæ turcicæ Herba, Semina.

Habitat in *Moldavia* & *Turcia.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Deſc. Radix *annua.* Caules *pedales, tetragoni, nudi, ramoſi, brachiati.* Folia *cordato-oblonga, petiolata, obtuſe & profunde ſerrata, ſerraturis obtuſis, exceptis baſeos, quæ acutiores & in ſuperioribus foliis in capillum deſinentes.* Bracteæ *lanceolatæ, profunde ſerratæ, ſerraturis in pilum deſinentibus.* Flores *verticillati ex ſex floribus, propriis pedunculis.* Calyces *erectiuſculi, ſtriati: labio ſuperiore trifido, æquali, obtuſe mucronato; inferiore anguſtiore, acuminato, profundius bipartito.* Corollæ *tubus calyce brevior; labio ſuperiore patente, emarginato; inferiore ut in reliquis trifido, intermedio bifido, ſed ad baſin gemino tuberculo prominente.* Odor *fragrantiſſimus.*

4. DRACOCEPHALUM floribus verticulatis, bracteis oblongis: ſerraturis ſpinoſis, foliis tomentoſis.

Moldavica orientalis, betonicæ folio, flore magno violaceo. *Tourneſ. cor.* 11. *Comm. rar.* 28. *t.* 28.

β. Moldavica orientalis, betonicæ folio, flore magno albido. *Tourneſ. cor.* 11.

Habitat in *Oriente.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Deſc. Radix *annua.* Caulis *erectus, ſemipedalis, inferne brachiatus, obtuſe tetragonus, parum tomentoſus.* Folia *ovato-lanceolata ſ. oblonga, obtuſe ſerrata, ſtriata, longe petiolata, ſub-tomentoſa, craſſa.* Odor *aromatis.* Bracteæ *oblongæ vel obverſe ovatæ, ſerrato-ſpinoſæ.* Verticilli *erecti cum caule paralleli.* Calyces *cylindrici, ſtriati, tomentoſi, longitudine tubi corollæ, ore quinquefido, lacinia ſuperiore paulo latiore, inferioribus duabus paulo anguſtioribus.* Corolla *alba; faux inflata, labio ſuperiore convexo, lateribus clauſis, bifido, margine undique reflexo.* Labium *inferius ut in reliquis, ſed magis inflexum, crenatum.* Antheræ *luteæ.*

5. DRACOCEPHALUM floribus verticillatis, bracteis orbiculatis ſerrato-ciliatis.

Dracocephalum floribus verticillatis, foliis floralibus orbiculatis. *Hort. cliff.* 309.

Habi-

Habitat in *Oriente*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, eicur.
Deſc. Radix *annua vel trimeſtris*, Caulis *erectus, brachiatus, vix pedalis, nudus*. Folia *oblonga, in petiolos deſinentia, obtuſa, obtuſe ſerrata, nuda*. Stipulæ *orbiculatæ acute ſerratæ: ſerraturis excurrentibus in ſetas minus rigidas*. Verticilli *ex floribus 6 vel 8, petiolatis*. Calyces *ſtriati, non tomentoſi, quinquefido ore: Lacinia ſumma latiore, infimis duabus anguſtioribus*. Corolla *cærulea vix calyce longior; labio ſuperiore bifido, longitudinaliter connivente, lateribus & apice reflexo; inferiore, ut in reliquis, ſed lateralibus minus reflexis & parum crenatis*. Calycis *labio ſuperiore rotundato, lateralibus anguſtioribus, infimis anguſtiſſimis*. *Ergo* differt *a precedente glabritie; Bracteis orbiculatis, minus ſpinoſis; Corollis vix calyce longioribus, cæruleſcentibus*.

6. DRACOCEPHALUM foliis verticillatis, bracteis oblongis ovatis integerrimis, corollis calyce multoties majoribus.

Moldavica betonicæ folio, floribus minoribus cæruleis pendulis. *Amm. rhut.* 44.

Habitat ad oſtium *Ulæ* fluvii.
Hoſpitatur *ſub dio*, anna.
Deſcr. Radix *annua*. Caules *pedales, tetragoni, obtuſi, nudi, ramoſi*. Folia *oppoſita, ovata ſ. ovato oblonga, obtuſiuſcule ſerrata*, viridia, *longe petiolata*. Flores *verticillati ad ſummitates ramorum* caulisque. Verticilli *ex decem floribus proprie pedunculatis*; Calyces *recurvi, ſtriis 16. ſ. 17. ſcabris: Labium ſuperius latum, rotundatum, obtuſum, mucronatum; reliquis acuminatis æqualibus, infimis anguſtioribus*. Corollæ *cæruleæ, ſubnutantes, tubo calyce longiore; Labio ſuperiore bifido, obtuſo, compreſſo: inferiore trifido; intermedio bifido, rotundato; lateralibus reflexis. Faux inflata, compreſſo-clauſa*. Stamina *duo longe breviora; ſuperiora longitudine ferre labii ſuperioris corollæ*. Antheræ *oblongæ, compreſſæ, nigræ, margine inferiore albæ*; Stigmata *ovata, bifida*. Bracteæ *ovato-oblongæ, integerrimæ, acuminatæ*. *Hæc forte hybrida* ex Nepeta; *cujus corollam* & Dracocephalo *cujus calycem habet*.

7. DRACOCEPHALUM floribus verticillatis, bracteis oblongis integerrimis, corollis vix calycem æquantibus,

Cedronella tartarica perennis, urticæ foliis, floſculis minoribus ex cæruleo rubentibus. *Roy. lugdb.* 537.

Moldavica betonicæ folio, floribus minimis pallide cæruleis. *Amm. rhut* 46.

Habitat ad *Jakum* flumen & *Uralenſes* montes.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſc. Radix *annua*. Caules *pedales, tetragoni, ramoſi, obtuſi, nudi*. Folia *oppoſita, ovato-oblonga, in petiolos deſinentia, ſtriata, obtuſiuſcula, ſerrata, viridia*. Verticilli *ad ſummitates caulis & ramorum ovato-oblongi, vel lato lanceolati, integerrimi, ſtriati, ſ. nervoſi*. Calyces *omnino præcedentis*. Corollæ *pallide cæruleſcentes: Labio ſuperiore patente, nec compreſſo, obtuſe*

tuſe emarginato; labio inferiore præcedentis. Corollæ vix calyce longiores. Antheræ *uti præcedentis ſed rubræ.* Planta *Parva, parum magis odorata quam præcedens. Adeoque* Calyx *antecedentis*; Corolla *vero minime Dracocephali. Niſi præcedens reſiſteret, dicerem hanc Thymum ob fructificationis ſtructuram; ſed facies adeo ſimilis præcedenti, ut diu hæſitarim utrum pro ſola varietate aſſumerem*, nec non. Anne heic ſpecies novæ e diverſa copula hybridæ?

MENTHA.

1. MENTHA floribus ſpicatis, foliis cordatis dentatis undulatis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 306.
 Mentha criſpa danica ſ. germanica ſpecioſa. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 367. *ſ.* 11. *t.* 6. *f.* 5.
 Pharm. MENTHÆ CRISPÆ Herba, *Conſerva*, *Syrupus*, *Aqua*, *Spiritus*, *Oleum diſtillatum*, *Oleum coctum.*
 Svecis Kruſ-mentha.
 Habitat - - -
 Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

2. MENTHA floribus ſpicatis, foliis oblongis ſerratis.
α. Mentha ſpicis confertis, foliis ſerratis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 306.
 Mentha ſylveſtris, folio longiore. *Bauh. pin.* 227.
β. Mentha ſpicis ſolitariis interruptis, foliis lanceolatis ſerratis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 306.
 Mentha anguſtifolia ſpicata. *Bauh. pin.* 227.
 Mentha tertia, quarta. *Dod. pempt.* 95.
 Pharm. MENTHÆ SYLVESTRIS Herba.
 Habitat ad agros & ſepes *Daniæ & Germaniæ*, *Angliæ*, & *Galliæ.*
 Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, perennis.
 Hæc α foliis *eſt ſubtus villoſis & tomentoſis*; β *vero* foliis *utrinque nudis &* caule *breviore.*

3. MENTHA floribus verticillatis, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 307.
 Pulegium anguſtifolium. *Bauh. pin.* 222.
 Pulegium cervinum. *Dalech. hiſt.* 892.
 Habitat in umbroſis ſucculentis ad *Rhodanum* & circa *Monſpelium.*
 Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis †.

OCIMUM.

1. OCIMUM foliis ovatis glabris. *Hort. cliff.* 315.
 Ocimum caryophyllatum majus. *Bauh. pin.* 226.
 Ocimum. *Cam. epit.* 308. *Pharm.*

Pharm. Basilici Herba, *Aqua*, Semina.
Svecis Baſilika.
Habitat in *Zeilona*.
Hoſpitatur ubique in hortis oleraceis, annua.

2. OCIMUM foliis ovatis integerrimis.
Ocimum foliis ovatis incanis. *Hort. cliff.* 315.
Ocimum minimum. *Bauh. pin.* 226.
Ocimum minus. *Dod. pempt.* 279.
β. Ocimum minimum, foliis ex purpura nigricantibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 407. *ſ.* 11. *t.* 20. *f.* 17.
Habitat in *Zeilona*.
Hoſpitatur in *Tepidario* inique feneſtris annua.

CUNILA.

1. CUNILA calycum labio ſpinoſo: ſuperiore trifido; inferiore bipartito. *Hort. cliff* 313.
Marrubiaſtrum ſideritis folio, caliculis aculeatis, flore flavo cum limbo atro purpureo. *Tournef. inſt.* 190.
Sideritis montana, parvo varioque flore. *Bauh. pin.* 233.
Sideritis montana, parvo flore nigro-purpureo: capite medio croceo. *Col. ecph.* 1 *p.* 198. *t.* 196.
Habitat in incultis montanis ſterilibus ſaxoſis *Italiæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

SIDERITIS.

1. SIDERITIS foliis tripartito-multifidis. *Hort. cliff.* 313.
Cardiaca orientalis caneſcens, foliis ranunculi pratenſis, flore purpureo, calyce molli. *Tournef. cor.* 12.
Habitat in oriente, ego e *Ruſſia* habui.
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.

MARRUBIUM.

1. MARUBIUM calycum limbo plano, foliis cordatis, caule fruticoſo. *Hort. cliff.* 312.
PſeudoDictamnus verticillatus inodorus. *Bauh. pin.* 222.
PſeudoDictamnum. *Dod. pempt.* 281.
Habitat in *Creta*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

2. MARUBIUM calycum limbo patente: denticulis acutis. *Hort. cliff.* 312.

Marrubium album rotundifolium hiſpanicum. *Herm. parad.* 201. *t.* 201.

Marrubium ſubrotundo folio. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 167. *t.* 122.

Habitat in *Hiſpania.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

Obſ. *Hæc parum differt a præcedente*; caulis *tomentoſus*, *ſed non ita denſe ac præcedens.* Calyx *in hac magis ſtellatus & plicatus*, *dentibus acutis.*

S T A C H Y S.

1. STACHYS verticillorum floſculis triginta, calycibus pungentibus.

Stachys cretica. *Bauh. pin.* 236. *prodr.* 113.

Stachys folio obſcure virente, flore purpuraſcente. *Waltb. hort.* 108. *t.* 19.

Habitat in *Creta.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Hæc media inter duas ſequentes, altitudine cum inſequente ſecunda convenit, ſed folia aut caulis non alba ex copioſa lana, licet hirſuta. Corolla *extus barbata uti ſecunda*; *& color* læte *ruber uti ſecundæ*; *ſed* calyces *pauciores acutiores & manum valde pungentes.*

2. STACHYS verticillorum floſculis quadraginta, caule lanato.

Stachys foliis oblongo-cordatis, floribus verticillatis. *Hort. cliff.* 309.

Stachys major germanica. *Bauh. pin.* 236.

Stachys. *Fuchſ. hiſt.* 765. *t.* 766.

Habitat in montoſis ſaxoſis aſperis *Germaniæ*, *Angliæ*, *Galliæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Obſ. *Hæc altiſſima*; caulis *lana alba deflexa veſtitus.* Folia *oblonga, mollia.* Verticili *non pungentes*, *ex calycibus plusquam 40*, *alba lana valde confertis.*

3. STACHYS verticillarum floribus duodecim, caule viſcoſo.

Stachys foliis lanceolato-ovatis ad baſin emarginatis, verticillis tomentoſis. *Hort. cliff.* 301.

Pſeudo-ſtachys alpina. *Bauh. prodr.* 113.

Habitat in Alpibus *Helveticis.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Obſ. *Hæc dimidio brevior antecedente, caule parum piloſo, viſcido.* Folia *viridia obſcure, inferiora cordata & latiora præcedentis, ſed non ita tomentoſa aut lanata.* Verticilli *parum pungentes*: Calycibus *circiter 12 angulatis, piloſo viſcidis.* Corolla *rubro ferruginea.*

L E O N U R U S.

1. LEONURUS foliis tripartitis multifidis linearibus obtuſiuſculis.

Ballo-

Ballote inodora, foliis coronopi. *Amm. rhut.* 48. *t.* 8.
Habitat in *Sibiria* ad *Udam fluvium.*
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.
Obſ. Calyx *qvinqueſtriatus*, *qvinquedentatus*, *facies*, *corolla* & *omnia* Cardiacæ, *ut genere ſeparari nequeat.* Caulis *erectus*, *glaber*, *rufeſcens*, *quadrangularis.* Folia *glabra*, *tripartita : lobis ſubdiviſis in lacinias*, *ubiqve lineares*, *læves*, *obtuſiuſculas.* Involucra *verticillorum aciformia*, *acuta.*

2. LEONURUS foliis tripartitis laciniatis, calycibus villoſis.
Cardiaca, foliis tenuius & profundius inciſis, glabra. *Amm. rhut.* 49.
Cardiaca, foliis tenuius & profundius inciſis, villoſa. *Amm. rhut.* 50.
Habitat in *Tatariæ* deſertis.
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.
Obſ. *Facies cardiacæ ſed glabra;* verticillis *denſioribus*, *calycibus qvinquefidis*, *villoſo tomentoſis.*

PHLOMIS.

1. PHLOMIS involucris tomentoſis lanceolatis, foliis cordatis villoſis, caule fruticoſo.
Phlomis involucri radiis lanceolatis villoſis. *Hort. cliff.* 315.
Verbaſcum latis ſalviæ foliis. *Bauh. pin.* 240.
Verbaſcum ſylveſtre alterum. *Dod. pempt.* 146.
Habitat in ſiccis petroſis *Siciliæ*, *Hiſpaniæ*, *G. Narbonenſis.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex.

2. PHLOMIS involucris hiſpidis ſetaceis, foliis ovato-oblongis ſcabris, caule herbaceo.
Phlomis involucri radiis ſetaceis hiſpidis. *Hort. cliff.* 315.
Phlomis hormini folio anguſtiore ſubtus incano, flore minore purpuraſcente. *Amm. rhut.* 41.
Marrubium nigrum longifolium. *Bauh. pin.* 230.
Herba venti. *Lob. ic.* 532.
Sideritis odorata perſica. *Zan. hiſt.* - - -
Habitat in herbidis *Monſpelii*, inque deſerto kirgis *Coſſacorum* & ad *Samaram.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. Herba caule *annuo.* Folia *ovato-oblonga*, *ſubtus tomentoſa.* Calyces *hiſpidi : dentibus erectis*, *ſetaceis*, *lævibus.*

3. PHLOMIS involucri radiis hiſpidis ſubulatis, foliis cordatis ſcabris, caule herbaceo.

Phlo-

Phlomis hormini folio, foliis parvis ſvaverubentibus villoſiſſimis. *Amm. rhut.* 39.

Phlomis, urticæ foliis, glabra. *Amm. rhut.* 40.

Galeopſis maxima, foliis hormini. *Buxb. cent.* 1. *p.* 4. *t.* 6.

Habitat in campis feris & ad *Taram urbem Sibiriæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Obſ. Planta *humanæ altitudinis.* Tubera *inſipida magnitudine pomorum radici adhærent, more ſtachyos, cui admodum affinis,* diu *floreſcentiam continuat alta & ſpecioſa planta.*

MOLUCCELLA.

1. MOLUCCELLA calycibus quinquedentatis: denticulis æqualibus. *Roy. lugdb.* 314.

Molucca lævis. *Dod. pempt.* 92.

Meliſſa moluccana odorata. *Bauh pin.* 229.

Habitat in *Syria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, ſed vix ſemina maturat, annua.

2. MOLUCCA calycibus ſeptemdentatis. *Roy. lugdb.* 314.

Molucca ſpinoſa. *Dod. pempt.* 92. *Dalech. hiſt.* 959.

Meliſſa moluccana fœdita. *Bauh. pin.* 229.

Habitat in *Moluccis.*

Hoſpitatur *ſub dio*, ſed vix ad florem pervenit, hinc perit annua.

BRUNELLA.

* BRUNELLA bracteis cordatis. *Hort. cliff.* 316. *Fl. ſvec.* 498.

β. Brunella laciniata, flore elegantiſſime cæruleo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 169.

Habitat in *Europa.*

Hoſpitabatur *ſub dio*, hyeme proxima periit.

SCUTELLARIA.

1. SCUTELLARIA foliis ſubcordatis ſerratis, ſpica interrupta, *Hort. cliff.* 317.

Lamium aſtragaloides. *Corn. canad.* 128. *t.* 129.

Lamium peregrinum ſ. Scutellaria. *Bauh. pin.* 231. *prodr.* 110.

Caſſida. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 187. *t.* 189.

Habitat in umbroſis ſepibus ſaxoſis *Florentiæ & Liburni.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

Folia

Folia *ſubcordata*, *glabra*, *obtuſe ſerrata*, *petiolata*; floralia *ovata*, *glabra*, *obtuſe ſerrata*.

2. SCUTELLARIA foliis ovatis crenatis, ſpicis imbricatis. *Hort. cliff.* 317.

Caſſida alpina ſupina, flore magno. *Tournef. inſt.* 182.

Teucrium alpinum inodorum, magno flore. *Bauh. pin.* 247. *prodr.* 116 *ſec. Burſerum inventorem.*

Habitat in Alpibus *Helveticis.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

Obſ. Folia *ſubcordata, petiolata, obtuſa*, *crenata*, *floralia ovato-oblonga.* Spicæ *imbricatæ.*

3. SCUTELLARIA foliis inciſo-ſerratis: ſubtus tomentoſis.

Scutellaria foliis pinnatifidis. *Hort cliff.* 316.

Caſſida orientalis, folio chamædryos, flore luteo. *Tournef. cor.* 11. *itin.* 3. *p.* 159. *t.* 159. *Comm. rar.* 30. *t.* 30. *Mart. cent.* 18. *t.* 18.

Habitat in *Armeria* circa *Tephlin.*

Hoſpitabatur in *Tepidario*, ſed abſoluto flore periit.

4. SCUTELLARIA foliis inciſo-ſerratis: utrinque glabris, ſpica rotundato-tetragona.

Caſſida alpina ſupina, magno flore albido. *Tournef. inſt.* 182.

Habitat in *Sibiria* & *Tataria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

Deſc. Caules *ſemipedales*, *diffuſi*; Folia *cordata, lateribus profunde ſerrata*, *aut inciſa*, *utrinque glabra*, *petiolata.*

Spicæ *laxæ quidem*, *ſed fere tetragonæ ex foliolis floralibus ovatis*, *concavis*, *integerrimis*, *patulis.* Corollæ *luteæ*, *laciniis lateralibus violaceis.*

PRASIUM.

1. PRASIUM foliis ovato-oblongis ſerratis. *Hort. cliff.* 309.

Meliſſa fruticoſa cretica ſempervirens, teucrii facie, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 408. *ſ.* 11. *t.* 21. *f.* 3.

Lamium fruticoſum non maculatum creticum. *Zan. hiſt.* 112. *t.* 46. *Raj. hiſt.*

Teucrium fruticans, amplo & albo flore, italicum. *Barr. rar. t.* 895.

Habitat in *Sicilia*, *Creta*, *Agro Tingitano.*

Hoſpitatur in *Frigidario* hyeme, *ſub dio* æſtate, fruticans.

* VERBENAS *vide in* Diandria monogynia.

ANGIO-

ANGIOSPERMIA.

ANTIRRHINUM.

1. ANTIRRHINUM foliis ternis ovatis. *Hort. cliff.* 324.
Linaria triphylla minor lutea. *Bauh. pin.* 212.
Linaria hiſpanica. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 320.
Linaria valentina. *Dod. pempt.* 184.
Habitat in umbroſis montibus *Valentinis* & *Hyblæis* circa *ſyracuſas.*
Hoſpitatur in *apricario*, annua.

2. ANTIRRHINUM foliis quaternis lineari-lanceolatis, caule florifero erecto ſpicato.
Linaria caule erecto, foliis confertis lanceolato-linearibus, nectariis ſubulatis incurvis, floribus laxe ſpicatis. *Hort. cliff.* 498.
Linaria purpurea major odorata. *Bauh. pin.* 213.
Linaria altera purpurea. *Dod. pempt.* 183.
Habitat circa *Neapolin*, ad radices *Veſuvii.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

3. ANTIRRHINUM foliis lineari-lanceolatis alternis, floribus racemoſis, calycibus corolla longioribus. (*Roy. lugdb.* 296. *n.* 16.) caule erecto.
Linaria chalepenſis minor erecta, flore albo lineis violaceis notato, calyci ex quinis foliolis inſtructo inſidente. *Moriſ. hiſt.* 12 *p.* 502. *ſ.* 5. *t.* 35. *f.* 9.
Linaria annua anguſtifolia, floſculis albis longius caudatis. *Triumfett. obſ.* 87. *t.* 87. *f.* 2.
Habitat in *Italia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. ANTIRRHINUM foliis ſublinearibus: inferioribus verticillatis, calycibus piloſo viſcidis, bracteis reflexis, caule erecto.
Linaria foliis linearibus alternis recurvis, ramis caule brevioribus. *Roy. lugdb.* 297.
Linaria arvenſis cærulea. *Bauh. pin.* 213. *Dill. elth.* 199. *t.* 163. *f.* 198.
Linariæ odorata monſpeſſulana minor cærulea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 461.

β. Linaria pumila, foliolis carnoſis, floſculis minimis flavis. *Bauh. pin.* 213.

Lina-

Linaria quadrifolia lutea. *Bauh. pin.* 213.

Linaria tetraphylla lutea. *Column. ecphr.* 1. *p.* 299. *t.* 300. *f.* 1.

Habitat in arvis *Angliæ*, & *Galliæ*.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. Caulis *erectus*, *glaber*, *rore cæſio*. Folia *linearia*, *acuminata*, *inferiora* 4, 5. *aut* 6, *verticillatim poſita*. Capſulæ *ſubgloboſæ*, *obtuſæ*, Calycis *longitudine*. Calyces *obtuſi*, *lineares*, *pilis gluten ſecernentibus hiſpidi*. Calcar *longitudine corollæ*, *ſubulatum*. Corolla *in* α *caerulea*: *in* β *vero flava*, & *hujus planta paullo major*; *eandem tamen eſſe docent partes omnes*.

5. ANTIRRHINUM foliis cordatis quinquelobis alternis (caule flaccido). *Hort. cliff.* 32. *Guett. flor.* 2. *p.* 210.

Linaria folio glabro ſubrotundo, hederæ folio. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 503. *ſ.* 5. *t.* 14. *f.* 30.

Cymbalaria. *Bauh. pin.* 306. *Dalech. hiſt.* 1322.

Habitat in rupibus murisque antiquis *Jenæ*, *Baſileæ*, *Pariſiis*, *Chelſæ*, *Leydæ*. *Harlemi* etc.

Hoſpitatur in ollis, præſertim in *Frigidariis*, annua.

6. ANTIRRHINUM foliis haſtatis alternis, caule flaccido.

Antirrhinum foliis alternis haſtatis. *Hort. cliff.* 323.

Elatine folio acuminato in baſi auriculato, flore luteo. *Bauh. pin.* 253.

Elatine. *Cam. epit.* 754.

Habitat in arvis agrisque *Galliæ*, *Angliæ*, *Germaniæ*, *Italiæ*.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

7. ANTIRRHINUM foliis ovatis alternis, caule flaccido.

Antirrhinum foliis alternis ovatis. *Hort. cliff.* 323.

Elatine folio ſubrotundo. *Bauh. pin.* 252.

Veronica femina. *Dod. pempt* 42.

Habitat in agris & arvis *Germaniæ*, *Angliæ*, *Galliæ*, *Italiæ*.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, rarius ſemina maturans.

8. ANTIRRHINUM corollis acaudatis, calycibus breviſſimis.

Antirrhinum foliis lanceolatis petiolatis, calycibus breviſſimis, racemo terminatrice. *Vir. cliff.* 61. *Hort. cliff.* 324. *n.* 12.

Antirrhinum majus alterum, folio longiore. *Bauh. pin.* 211.

An-

Antirrhinum majus rotundiore folio. *Bauh. pin.* 211.
Antirrhinum luteo flore. *Bauh. pin.* 211.
Antirrhinum. *Dod. pempt.* 182. *Lob. ic.* 404.
Habitat in maceriis ruderatis ſepibus *Italiæ*, *Hiſpaniæ*, *G. Narbonenſis.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis.
Obſ. Foliorum *figura ex ovato in lineari lanceolatam variat, ſed calycis folia brevia, hiſpido-glutinoſa, conſtantia ſunt.*

9. ANTIRRHINUM corollis acaudatis, calycibus corolla longioribus.
Antirrhinum foliis lanceolatis petiolatis, calycibus flores ſuperantibus. *Hort. cliff.* 324.
Antirrhinum arvenſe majus. *Bauh. pin.* 212.
Antirrhinum ſylveſtre, Phyteuma. *Dod. pempt.* 182.
Pharm. ANTIRRHINI Herba.
Habitat in arenoſis arvisque *Germaniæ*, *Galliæ*, *Angliæ*, *Italiæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

MIMULUS.

1. MIMULUS *Act. upſ.* 1741. *p.* 82, *vide Tabulam noſtram.*
Digitalis cærulea, floribus in fiſtulam contractis, virginiana. *Pluk. alm.* 130.
Digitalis virginiana lyſimaciæ facie, foliis ſubrubentibus, flore violaceo minore. *Moriſ. præl.* 259.
Digitalis perfoliata glabra, flore violaceo minore. *Moriſ hiſt.* 2. *p.* 479. *ſ.* 5. *t.* 8. *f.* 6. *Raj. hiſt.* 769.
Lyſimachia galericulata ſ. Gratiola elatior non ramoſa. *Gron. virg.* 69.
Habitat in *Virginia*, *Noreboraco* locis humentibus.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis; miſit. Cl. *B. Juſſieus.*
Deſc. Radix *ſtolonifera ut Epilobium.* Facies *plantæ Lythri.* Caulis *bipedalis, lævis, quadrangularis, angulis alternis concavis.* Rami *ex alis inferioribus breviores, ex alis ſuperioribus* Flores *ſolitarii, verſus auſtrum nutantes.* Folia *lancealata, oppoſita, amplexicaulia, glabra, ſerrata.* Pedunculi *oppoſiti, nudi, longitudine floris.* Calyx *nutans, angulis 5, acutis, compreſſis.* Corolla *pallide cærulæa; Galea ſurſum replicata; labium inferius patens.* Fructus *erectus.*

MARTYNIA.

1. MARTYNIA foliis ſerratis. *Hort. cliff.* 322. *t.* 18.
Habitat in *America* calidiore.
Hoſpitatur in *Caldario*, ubi floret ſed ſemina non maturat, perennis, radice Lathrææ.

Mimulus. Tab. 1.



p.176.

SCROPHULARIA.

1. SCROPHULARIA foliis cordatis petiolatis decurrentibus, caule acutangulo, racemis terminalibus.
Scrophularia foliis cordatis, petiolorum alis in caulem decurrentibus. *Guett. ſlor.* 2. *p.* 201.
Scrophularia aquatica major. *Bauh. pin.* 235.
Scrophularia aquatica major, caule fimbriato. *Loeſ. pruſſ.* 248. *t.* 73.
Scrophularia femina *Cam. epit.* 867.
Betonica aquatilis. *Dod. pempt.* 50.
Pharm. SCROPHULARIÆ AQUATICÆ Folia.
Habitat in humidis *Angliæ*, *Helvetiæ*, *Galliæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, biennis ſ. triennis.
Obſ. Corollæ *labium interius emarginatum*. Caulis *lævis*, *tetragonus*, *angulis membranaceis ſeu petiolis membranaceis decurrentibus ſecundum angulos*, *caulis in membranam ſeu aciem ſæpe undulatam.*

2. SCROPHULARIA foliis cordatis oppoſitis, pedunculis axillaribus ſolitariis multifloris. *Hort. cliff.* 322. *Roy. lugdb.* 293.
Scrophularia flore luteo. *Bauh. pin.* 236. *prodr.* 112. *t.* 112.
Lamium pannonicum 2. exoticum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 38.
Habitat in *Helvetia* & *Italia* rarius.
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis, cicur.

3. SCROPHULARIA foliis cordatis; ſuberioribus alternis, pedunculis axillaribus bifloris. *Hort. cliff.* 322. *n.* 4.
Scrophularia folio urticæ. *Bauh. pin.* 236.
Scrophularia peregrina. *Cam. hort. t.* 14.
Habitat in *Italia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. SCROPHULARIA foliis cordatis ſerratis acutis: baſi rotundatis, caule obtuſe tetragono.
Scrophularia foliis cordatis oppoſitis, racemo terminatrice. *Gron. virg.* 71.
Scrophularia marilandica, longo profunde ſerrato urticæ folio. *Raj. ſupp.* 396.
Habitat in *Virginia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. Differt a *Scrophularia nodoſa foetida. Fl. ſvec.* 520; *quod duplo* altior, 2. foliis *minus atroviridibus* & *ſicci oribus*. 3. Foliis *exacte* cordatis, *nec*

 juxta

juxta petiolum transverſim exſectis, ſed mox rotundatis. 4. Caule *minus acute tetragono, cum petiolorum margo minime decurrat uti in vulgari.* 5. Piſtillo *longitudine fere labii inferioris, qvod non in vulgari.* 6. Pedunculorum *pilis glandiferis rarioribus & minoribus in hac, qvam in vulgari.*

DIGITALIS.

1. DIGITALIS foliolis calycinis ovatis acutis, corollis obtuſis: labio ſuperiore integro.
   Digitalis foliolis calicinis ovatis. *Hort. cliff.* 318.
   Digitalis purpurea, folio aſpero. *Bauh. pin.* 243.
   Digitalis purpurea. *Dod. pempt.* 168.
   β. Digitalis alba, folio aſpero. *Bauh. pin.* 229.
   Habitat in *Germania, Anglia, Gallia, Italia.*
   Hoſpitatur *ſub dio,* biennis ſæpius.

2. DIGITALIS foliis calycinis lanceolatis, corollis acutis: labio ſuperiore bifido.
   Digitalis foliis calycinis ſubulatis, floribus imbricatis. *Hort. cliff.* 318.
   Digitalis major lutea vel pallida, parvo flore. *Bauh. pin.* 244.
   Digitalis lutea, minore flore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 479. *ſ.* 5. *t.* 8. *f.* 5.
   Habitat in montibus ſabuloſis *Colbeck Galliæ, Genevæ, Salerni, Neapolis, Monſpelii.*
   Hoſpitatur *ſub dio,* biennis.

BIGNONIA.

1. BIGNONIA foliis pinnatis: foliolis inciſis, geniculis radicatis. *Hort. cliff.* 317. *Gron. virg.* 73.
   Bignonia americana, fraxini folio, flore amplo phœniceo. *Tournef. inſt.* 164.
   PſeudoApocynum hederaceum americanum, tubuloſo flore phœniceo, fraxini folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 612. *ſ.* 15. *t.* 3. *f.* 1.
   Gelſeminum ederaceum indicum. *Corn, canad.* 102. *t.* 103.
   Habitat in *Virginia.*
   Hoſpitatur in *Frigidario,* perennis, fruticans.

RUELLIA.

1. RUELLIA foliis petiolatis, floribus verticillatis ſubſeſſilibus.

Ruel-

Celſia.

Tab. II.



p 179

Ruellia foliis petiolatis, fructu ſeſſili conferto. *Hort. cliff.* 318. *Gron. virg.* 73.

Ruellia ſtrepens, capitulis comoſis. *Dill. elth.* 300. *t.* 249. *f.* 321.

Adhatoda carolina piloſa, calyce barbato. *Pet. hort.* 241.

Habitat in *Virginia*, *Carolina*.

Hoſpitatur in *Caldario*, fructificans, perennis.

2. RUELLIA foliis petiolatis, pedunculis longis ſubdiviſis nudis.

Ruellia foliis ſeſſilibus, pedunculis trifloris. *Hort. cliff.* 318.

Ruellia capſulis teretibus. *Dill. elth.* 328. *t.* 248. *f.* 320.

Habitat in *Barbados*.

Hoſpitatur in *Caldario*, perennis, fructificans.

Obſer. *Primis annis non floret, tamen fructus fert, ſeqventibus annis pulchre floret. At primis annis adeſt calyx, adeſt etiam corolla ſed minima, & non explicata, calyce brevior cum antheris. Adeoqve eodem modo qvo* Anandria *vel* Campanula *3. p. 40. floret.*

CELSIA.

1. CELSIA foliis duplicato-pinnatis. *Hort. cliff.* 321. *Roy. lugdb.* 301. *vide figuram noſtram.*

Verbaſcum orientale, ſophiæ folio. *Tournef. cor.* 8. *Buxb. cent.* 5. *p.* 17. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 228.

Blattaria orientalis, agrimoniæ folio. *Buxb. cent.* 1. *p.* 14. *t.* 20.

Blattaria folio multifido, flore luteo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 229.

Habitat in graminoſis *Cappadociæ* & *Armeniæ*.

Hoſpitatur in *vaporariis*, annua.

BROVALLIA.

1. BROVALLIA. *Hort. cliff.* 318. *t.* 17.

Habitat in *America* calidiore.

Hoſpitatur in *Vaporario* & *Caldario*, annua. miſit Cl: Gleditſchius Prof. Berolinenſis.

Obſ. Planta *ſeſqvipedalis:* Ramis *alternis, ſubramoſis, virgulis erectiuſculis parum villoſis.* Folia *alterna, ovata, integerrima, venoſa, viridia, ſcabra, petiolata, reflexa.* Flores *axillares, ſolitarii, pedunculati.* Corollæ *limbus infundibuliformis, plerumque qvinqvefidus, cæruleus; lacinia ſuperiore (quæ labium eſt ſuperius) magis reflexa, ad baſin macula flava notata; laciniis quatuor reliqvis (qvæ labium inferius conſtituunt) ſingulis æqualibus cum ſuperiore.* Stamina 4, *qvorum duo majora claudunt filamentis umbilicum limbi corollæ.* Germen *retuſum.* Capſula *magnitudine calycis, a qu-*

quo tecta, bilocularis eſt. Receptaculum teretiuſculum, *columnare, diſſepimento affixum.*

LANTANA.

1. LANTANA foliis oppoſitis, caule aculeato. *Hort. cliff.* 498.

Myrobatindum viburnifolium ſpinoſum, floribus coccineis. *Vaill. act.* 1722. *p.* 276.

Viburnum americanum odoratum, urticæ foliis latioribus, floribus miniatis. *Pluk. alm.* 385. *t.* 223. *f.* 5.

Camara ſpinoſa, flore variegato. *Plum. gen.* 32. *Barrer. æquin.* 30.

Habitat in *America* calidiore.

Hoſpitatur in *Caldario*, frutex, qvotannis fructificans.

2. LANTANA foliis oppoſitis, caule inermi, ſpicis oblongis.

Myrobatindum ſalviæ folio longiore, flore roſeo. *Vaill. act.* 1722. *p.* 277.

Viburnum, ciſti feminæ ſ. ſalviæ foliis mucronatis, americanum odoratum minus, floribus incarnatis. *Herm. prodr.* 384. *Pluk. alm.* 386.

Viburnum americanum minus, ciſti feminæ foliis crenatis, flore carneo. *Breyn prodr.* 2. *p.* 103.

Periclymenum rectum humilius, ſalviæ folio rugoſiore, flore purpureo, fructu oblongo eſculento purpureo. *Sloan. flor.* 164. *hiſt.* 2. *p.* 82. *t.* 195. *Raj. dendr.* 30.

Camara arboreſcens, ſalviæ folio. *Plum. gen.* 32. *Barr. æquin.* 29.

β. Myrobatindum ſalviæ folio rotundiore, flore purpureo. *Vaill. act.* 1722. *p.* 277.

Viburnum americanum odoratum, folio parvo orbiculato, floribus & baccis foliolo interceptis. *Pluk. alm.* 386. *t.* 114. *f.* 5. *Herm. parad.* 384.

Periclymenum rectum, ſalviæ folio rugoſo minore ſubrotundo. *Sloan. flor.* 164.

Camara arboreſcens, ſalviæ folio. *Plum. gen.* 32.

Habitat in *Jamaica* & calidis Americæ.

Hoſpitatur in *Caldario* altitudine humana, ſed annua.

VOL-

VOLKAMERIA.

1\. VOLKAMERIA ramis ſpinoſis.
Liguſtroides. *Hort cliff.* 489. *deſcr.*
Liguſtrum aculeatum, fructu teſticulato. *Plum. ſpec.* 489.
Paliuro affinis liguſtrifolia ſpinoſa, flore monopetalo difformi, fructu ſicco ſubrotundo. *Sloan. flor.* 137. *hiſt.* 2. *p.* 137. *t.* 266. *f.* 2. 3. *Raj. dendr.* 95.
Duglaſſia ſpinoſa, liguſtri folio. *Amm. herb.* 576.
Habitat in *Jamaica*, *Barbados*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, per plures annos arbuſcula †.

ACANTHUS.

1\. ACANTHUS foliis ſinuatis inermibus. *Hort. cliff.* 326.
Acanthus ſativus ſ. mollis virgilii. *Bauh. pin.* 383.
Carduus acanthus ſ. Branca urſi. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 75.
Pharm. BRANCÆ URSI Herba.
Habitat in petroſis humentibus *Italiæ*, *Siciliæ*.
Hoſpitatur in *Frgidario*, perennis.

MELIANTHUS.

1\. MELIANTHUS ſtipulis ſolitariis petiolo adnatis. *Hort. cliff.* 492.
Melianthus africanus. *Herm. lugdb.* 414. *t.* 415.
Pimpinella ſpicata maxima africana. *Barth. act.* 1673. *t.* 58.
Habitat in locis ſucculentis *Capitis b. ſpei.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

* * * * * * * * *

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA SILICULOSA.

MYAGRUM.

1. MYAGRUM ſiliculis obverſe cordatis ſubſeſſilibus (foliis amplexicaulibus). *Hort. cliff.* 328.
 Myagrum monoſpermum latifolium. *Bauh. pin.* 109. *prodr.* 52. *t.* 51. *Tournef. inſt.* 211.
 Myagrum monoſpermum latifolium, ſiliculis fungoſis glabris articulatis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 267. *ſ.* 3. *t.* 21. *f. antepenult.*
 Myagrum monoſpermum. *Bauh. hiſt.* 2. *pp.* 894.
 Habitat inter ſegetes *Galliæ.*
 Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
 Deſc. Facies *Thlaſpeos*, caule *erecto.* Folia *Turritidis*, *glabra*, *amplexicaulia.* Siliculæ *ſubſeſſiles*, *obverſe cordatæ cum mucrone*, *gibba cordis utrinque transverſim diſſecto cavitate orbiculari gaudente; ſed ſilicula infra has cavitates unico ſemine foeta eſt.*

2. MYAGRUM ſiliculis biarticulatis, foliis extrorſum ſinuatis denticulatis.
 Crambe foliis lanceolatis dentato-ſinuatis. *Hort. cliff.* 340.
 Rapiſtrum monoſpermum. *Bauh. pin.* 95. *prodr.* 37. *t.* 37. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 845.
 Habitat in *Oriente.*
 Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
 Obſ. Radice *perenni a congeneribus noſtris differt*, *qua longiſſime deſcendit.* Folia *oblonga*, *ſinuata*: *ſinubus extrorſum verſis*, *margine denticulata*, *utrinque ſcabra.* Caulis *ramoſus*, *virgatus*, *patens*, *minus altus.* Flores *lutei*, *cauli arcte adfixi*. Stamina *apice non bifida.* Siliculæ *læves duplici articulo*, *ſingulo ſemine foecundo.*

3. MYAGRUM ſiliculis ſulcatis lævibus, foliis oblongis dentato-ſinuatis.
 Rapiſtrum Orientale, folio raphani, capſulis rugoſis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 2.
 Habitat in *Oriente.*
 Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. Facies *antecedentis*, *ſed Radix annua*; Corollæ *ſaturate flavæ*, *nec ut ſequentis albido-flaveſcentes.* Folia *oblonga*, *baſi acuta*, *dentato-ſinuata*, *ſcabra*, *petiolata.* Racemi *longi*, *petalis obtuſis.* Siliculæ *ovatæ*, *mucronatæ.*

4. MYAGRUM ſiliculis ſulcatis rugoſis, foliis oblongis obtuſis dentatis.
Myagrum arvenſe, folio auriculato acuto, ſiliquis rotundis aſperis. *Dill.*
Habitat - - - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. Differt *a præcedenti* corollis *flaveſcentibus ſ. flavo-exalbidis*, Foliisque *minus ſinuatis & obtuſioribus. Hæ tres ſpecies poſteriores cum* Cakile *Tournefortii magnam affinitatem habent.*

ANASTATICA.

1. ANASTATICA. *Hort. cliff.* 328.
Thlaſpi Roſa de hiericho dictum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 228. *ſ.* 3. *t.* 25. *f.* 2. 3. *Tournef. inſt.* 213.
Roſa hierochuntea vulgo dicta. *Bauh. pin.* 484.
Roſa hierochuntica. *Cam. hort. t.* 41.
Roſa de hiericho. *Dalech. hiſt.* 1796.
Habitat in *Maris Rubri* littoribus ſabuloſis, ubi, poſtqvam maturuere ſemina, rami ejus pugni ad inſtar contrahuntur & pericarpia comprimunt, mox æſtu maris autumnali abripitur integra planta, in profundum projicitur; ſed dum, vere inſeqvente, mare purgamenta ſua littoribus impingit, etiam hanc in arenam exſpuit, ubi in tepida littoris aqva expanditur (Frigidi enim non relaxantur rami) & ſemina demittit, qvæ aqva defluente germinant in ripa. vide Orat. *noſt.* de *telluris incremento. pag.* 48.
Hoſpitatur in *Vaporario* & terra prægnante, annua.

LEPIDIUM.

1. LEPIDIUM foliis oblongis multifidis. *Vir. cliff.* 63. *Hort. cliff.* 331. *n.* 4. *Roy. lugdb.* 335.
Naſturtium ſylveſtre vulgatum. *Bauh. pin.* 103.
Naſturtium hortenſe. *Dod. pempt.* 711.
β. Naſturtium hortenſe criſpum. *Bauh. pin.* 104. *prodr.* 44. *t.* 43.
Pharm. NASTURTII HORTENSIS Herba, Semina.
Svecis Kraſſe.
Habitat - - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, annua.

2. LEPIDIUM foliis caulinis pinnato-multifidis; rameis cordatis amplexicaulibus integris. *Hort. cliff.* 331.

 Naſtur-

Naſturtium orientale, foliis inferioribus millefolium, ſuperioribus perfoliatam referentibus. *Tourneſ. inſt.* 214.

Thlaſpi perfoliatum perſicum perfoliatum maximum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 294. *ſ.* 3. *t.* 25. *f.* 17.

Thlaſpi verum dioſcoridis 1. *Zan. hiſt.* 193.

Habitat in *Perſia* & *Soria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

COCHLEARIA.

1. COCHLERIA foliis caulinis cordato-ſagittatis amplexicaulibus *Hort. cliff.* 332.

Lepidium glaſtifolium. *Bauh. pin.* 97.

Lepidium annuum. *Dalech. hiſt.* 1297.

Habitat - - - -

Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis aut triennis.

IBERIS.

1. IBERIS foliis cuneiformibus integerrimis obtuſis. *Hort. cliff.* 330.

Thlaſpidium fruticoſum, leucoji folio, ſemperflorens. *Tourneſ. inſt.* 214.

Thlaſpi latifolium polycarpon, leucoji foliis. *Bocc. ſic.* 55. *t.* 22. *f. a*-1.

Habitat in *Sicilia* prope *Panormum.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, fruticans, perennis.

2. IBERIS foliis lanceolatis acuminatis: inferioribus ſerratis, ſuperioribus integerrimis. *Hort. cliff.* 330.

Thlaſpi umbellatum creticum, iberidis folio. *Bauh. pin.* 106.

Draba ſ. Arabis ſ. Thlaſpi candiæ. *Dod. pempt.* 713.

Habitat in Sylvis montoſis *Hetruriæ*, *Cretæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. *Variat albis rubriſque floribus.*

3. IBERIS foliis lanceolatis acutis ſubdentatis, floribus racemoſis.

Iberis foliis obverſe lanceolatis, floribus umbellatis. *Guett. flor.* 2. *p.* 146.

Thlaſpi umbellatum arvenſe, iberidis folio. *Bauh. pin.* 106.

Thla-

Thlaſpi umbellatum arvenſe amarum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 825.

Thlaſpidium folio iberidis. *Riv. tetr.* 112.

Habitat in agris *Genevæ*, *Baſiliæ*.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ *Præcedenti ſimilis*, *ſed minor*; Flores *non ita corymboſi*, *ſed in racemum elongati*.

BISCUTELLA.

1. BISCUTELLA ſiliquis orbiculato-didymis a ſtylo dehiſcentibus. *Hort. cliff.* 329.

Thlaſpidium monſpelienſe, hieracii folio hirſuto. *Tournef. inſt.* 214.

Thlaſpi biſcutatum aſperum hieracifolium & majus. *Bauh. pin.* 107.

Thlaſpi clypeatum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 133.

Habitat in *Germania*, *Gallia*, *Italia*, *Sicilia*.

Hoſpitatur *ſub dio* annua.

2. BISCUTELLA calycibus nectario utrinque gibbis, ſiliculis in ſtylum coëuntibus. *Hort. cliff.* 329.

Thlaſpidium hirſutum, calyce floris auriculato. *Tournef. inſt.* 214.

Thlaſpi biſcutatum villoſum, flore calcari donato. *Bauh. pin.* 107. *prodr.* 49.

Leucojum montanum, flore pedato. *Col. ecphr.* 2. *p.* 59. *t.* 61.

Habitat in *Galloprovincia*, ditione Pontificis.

Hoſpitatur in *ſub dio*, annua.

CLYPEOLA.

1. CLYPEOLA ſiliculis unilocularibus monoſpermis. *Hort. cliff.* 329.

Thlaſpi clypeatum, ſerpilli folio. *Bauh. pin.* 107.

Jon-thlaſpi minimum ſpicatum lunatum. *Columu. ecphr.* 1. *p.* 281. *t.* 284.

Habitat in nudis ſabuloſis ſterilibus ſoli orienti oppoſitis *G. Narbonenſis et Italiæ*.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

ALYSSUM.

1. ALYSSUM ramulis ſuffruticoſis diffuſis, foliis punctato-echinatis.

Alyſſum foliis lanceolatis obtuſis incanis, caulibus procumbentibus, radice perenni. *Hort. cliff.* 332.
Alyſſon perenne montanum incanum. *Tourneſ. inſt.* 217.
Thlaſpi montanum luteum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 928. *t.* 929. *bona.*

Habitat forte in *Sibiria*, mihi enim enata inter plantas ex ſeminibus Sibiricis.
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur.
Obſ. *Tota planta arida & fere ſcabra ſentitur; ſi vero lente vitrea inſpiciatur, obſervatur punctis echinatis ex ſetis minimis ſtellatim poſitis adſperſa, non tantum in foliis, ſed & in caule.*

DRABA.

1. Draba ſiliculis lateralibus ſeſſilibus incanis obliquis, petalis integerrimis.
Lunaria leucoji folio, ſiliqua oblonga majori. *Tourneſ. inſt.* 218.
Leucojum alyſſoides clypeatum majus. *Bauh. pin.* 201.
Alyſſon dioſcoridis. *Dod. pempt.* 89.

Habitat forte in *Europa* auſtrali.
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.

VELLA.

1. VELLA. *Hort. cliff.* 329.
Naſturtium ſylveſtve, erucæ affine. *Bauh. pin.* 105.
Naſturtium ſylveſtre valentinum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 130.

Habitat in *Hiſpania.*
Hoſpitatur in *ollis*, annua.

SILIQUOSA.

BUNIAS.

1. BUNIAS foliis retrorſum ſinuatis.
Crambe foliis pinnato-haſtatis. *Roy. lugdb.* 330.
Crambe orientalis, dentis leonis folio, erucaginis facie. *Tourneſ. cor.* 14.

Habitat in *Ruſſia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.
Deſc. Radix *perennis.* Planta *humanæ altitudinis.* Calyces *patuli; ungues corollo erectæ.* Germen *tuberculis ſ. ſpinis ſcabrum.* Sapor *acris plantæ.*

2. BUNIAS foliis antrorſum ſinuatis.
Bunias, *Hort. cliff.* 340.

Rapha-

Raphaniſtrum monoſpermum monſpeliacum, ſiliqua quadrangulari echinata. *Herm. lugdb.* 520.
Erucago ſegetum. *Tournef. inſt.* 232.
Erucago monſpeliaca, ſiliqua quadrangula echinata. *Bauh. pin.* 99. *prodr.* 41. *t.* 41.
Sinapi echinatum. *Dalech. hiſt.* 647.
Habitat in humidis inter ſegetes *Monſpelii.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua ♂.

CHEIRANTHUS.

1. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis integerrimis obtuſis incanis (*Hort. cliff.* 334.) ſiliquis apice truncatis compreſſis.
Leucojum, incano folio, hortenſe. 1-7. *Bauh. pin.* 200.
Leucojum candidum majus. *Dod. pempt.* 159.
Habitat - - - forte in locis qvibusdam maritimis.
Hoſpitatur in *Frigidario*, rarius *ſub dio*, biennis vel triennis.

2. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis acutis glabris. *Hort. cliff.* 334. *Guett. flor.* 2. *p.* 156.
Leucojum luteum vulgare. *Bauh. pin.* 202.
Leucojum luteum. *Dod. pempt.* 160.
β. Leucojum luteum, pleno flore, majus. *Bauh. pin.* 202.
Pharm. CHEIRI Flores.
Habitat in tectis muriſque antiqvis *Helvetiæ*, *Angliæ*, *Galliæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis.

3. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis ſubdenticulatis retuſis, ſiliquis apice ſubulatis.
Heſperis caule ramoſiſſimo, foliis lanceolatis dentatis. *Hort. cliff.* 335.
Heſperis chia ſaxatilis, leucoji folio ſerrato, flore parvo. *Tournef. coroll.* 16.
Heſperis ſiliquis hirſutis, flore parvo rubello. *Boerh. lugdb.* 147. *Dill. elth.* 180. *t.* 147. *f.* 178.
Habitat in *Chio* inſula.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

HESPERIS.

1. HESPERIS caule hiſpido ramoſo patente.
Heſperis caule hiſpido procumbente. *Hort. cliff.* 335.
Heſperis montana pallida odoratiſſima. *Bauh. pin.* 202.

Heſperis pannonica. *Cam. hort. t.* 18.
Svecis Nattfiol.
Habitat in *Hungaria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.

2. HESPERIS caule ſimplici, foliis ovato-lanceolatis denticulatis. *Hort. cliff.* 335.
Heſperis hortenſis. *Bauh. pin.* 202.
Viola matronalis. *Dod. pempt.* 161.
β. Heſperis hortenſis, flore candido. *Tournef. inſt.* 222.
Habitat *Neapoli.*
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.

3. HESPERIS caule ramoſiſſimo diffuſo, ſiliquis teretibus.
Cheiranthus foliis lanceolato-linearibus acutis glabris utrinque dentatis. *Hort. cliff.* 331.
Leucojum ſaxatile, folio coronopi, flore obſoleto odorato, petalis undulatis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 18.
Leucojum minus, lavendulæ folio, obſoleto flore, anguſtifolium. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 148. *t.* 111. *Barr. rar. t.* 803.
Habitat in montibus *Galloprovinciæ* ſupra *Orgon.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annnua.

RAPHANUS.

1. RAPHANUS ſiliquis teretibus toroſis bilocularibus. *Hort. cliff.* 340.
α. Raphanus minor oblongus. *Bauh pin.* 96.
Raphanus minor purpureus. *Lob. hiſt.* 99.
Svecis Radis.
β. Raphanus major orbicularis vel rotundus. *Bauh. pin.* 96.
Raphanus ſ. Radicula ſativa. *Dod. pempt.* 76.
Svecis Råttika. Sommarråttika.
γ. Raphanus niger. *Bauh. pin.* 96.
Svecis Vinterråttika.
Pharm. RAPHANI Radix *recens*, Semina.
Habitat - - - -
Hoſpitatur ubique *ſub dio* inter olera, biennis.

CARDAMINE.

1. CARDAMINE foliis pinnatis, foliolis lobatis æqualibus petiolatis. *Roy. lugdb.* 345.

Car-

Cardamine ſicula, foliis fumariæ. *Tournef. inſt.* 225.
Sio minimo proſperi alpini affinis, ſiliculis latis. *Bocc. ſicc.* 84. *t.* 45. *f.* 2. *Roy. hiſt.* 815.
Cardamine græca, chelidonii folio, rarius & profundius inciſo, flore albo. *Tournef. cor.* 16.
Naſturtium montanum nanum, rotundo thalictri folio, cyrenæum. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 171. *t.* 116.
Habitat in *Sicilia*, *Corſica*, reliqvisqve *Græcæ* inſulis,
Hoſpitatur in *ollis*, annua.

BRASSICA.

1. BRASSICA radice caulescente tereti carnoſa. *Hort. cliff.* 338.

β. Braſſica vulgaris ſativa. *Dod. pempt.* 621.
Braſſica viridis. *Bauh. pin.* 111.
Svecis Grönkåhl.

γ. Braſſica capitata rubra. *Bauh. pin.* 111.
Pharm. BRASSICÆ RUBRÆ Semina.
Svecis Sallat-kåhl.

δ. Braſſica capitata alba. *Bauh. pin.* 111.
Svecis Hvit hufvud kåhl.

ε. Braſſica alba criſpa. *Bauh. pin.* 111.
Braſſica undulata. *Reneal. ſpec.* 131.
Braſſica ſabauda. *Dod. pempt.* 624.
Svecis Saphoi kåhl.

ζ. Braſſica fimbriata. *Bauh. pin.* 112.
Braſſica ſabellica. *Reneal. ſpec.* 134. *t.* 133.
Svecis Vinter-kåhl, Blå-kåhl.

η. Braſſica laciniata rubra. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 832.
Svecis Krus-kåhl.

ϑ. Braſſica cauliflora. *Bauh. pin.* 111. *Dod. pempt.* 624. *Reneal. ſpec.* 131. *t.* 133.
Braſſica florida botrytis. *Lob. hiſt.* 123.
Svecis Blom-kåhl.

ι. Braſſica radice napiformi. *Tournef. inſt.* 219.
Napobraſſica. *Bauh. pin.* 111. *prodr.* 54.
Svecis Rot-kåhl.

κ. Braſſica caule rapum gerens. *Dod. pempt.* 625.

Braſſi-

Braſſica gongylodes. *Bauh. pin.* 111.
Braſſica caulo-Rapa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 829.
Svecis Kåhl-rabi.

λ. Braſſica anguſto apii folii. *Bauh. pin.* 112.
Braſſica ſelenîſia anguſtifolia & latifolia. *Tabern. hiſt.* 786.
Svecis Plumaſie-kåhl.
Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, ubique biennis.
Obſerv. *Qui poterit dare harum varietatum ſpontaneas plantas, ille determinet earum ſpecies.*

2. BRASSICA foliis cordatis amplexicaulibus glabris, radicalibus ſcabris integerrimis, ſiliquis tetragonis.
Braſſica orientalis perfoliata, flore albo, ſiliqua quadrangula. *Tournef. cor.* 16.
Habitat in *Oriente.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

3. BRASSICA radice caulefcente orbiculari depreſſa carnoſa. *Hort. cliff.* 339.
Rapa ſativa rotunda. *Bauh. pin.* 89.
Rapum vulgare. *Dod. pempt.* 673.
Pharm. RAPI *Syrupus*, Semina, *Oleum.*
Svecis Rofva.
Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur ubique in *cultis*, biennis.

* BRASSICA radice cauleſcente fuſiformi. *Hort. cliff.* 339. *Flo. Sv.* 547.
β. Napus ſativa. *Bauh. pin.* 95.
Napus. *Dod. pempt.* 674.
Svecis Stickrofva.
Habitat in *Gotlandia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.

5. BRASSICA foliis lyratis, caule hirſuto, ſiliqvis glabris.
Siſymbrium foliis pinnatifidis: laciniis exterioribus majoribus, caule hirſuto. *Hort. cliff.* 337.
Eruca latifolia alba. *Bauh. pin.* 98.
Eruca ſativa. *Dod. pempt.* 708.
Pharm. ERUCÆ Semina.

Habi

Habitat - - - an ex ſeqventi orta?
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

6. BRASSICA foliis lyratis, caule hirſuto, ſiliquis retrorſum hiſpidis.
Eruca Sylveſtris major lutea, caule aſpero. *Bauh. pin.* 98.
Eruca Sylveſtris. *Dod. pempt.* 708.
Habitat in *Sibiria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. *præcedenti valde ſimilis eſt, ſed color corollæ diverſus.*

7. BRASSICA foliis lanceolato-ovatis glabris indiviſis dentatis.
Habitat in *China*, miſit *Cel. Gmelinus.*
Hoſpitatur in *apricario*, biennis.
Obſ. Flores *violacei magni.*

SINAPIS.

1. SINAPIS ſiliqvis hiſpidis: roſtro obliqvo longiſſimo. *Hort. cliff.* 338.
Sinapi apii folio. *Bauh. pin.* 99.
Sinapi ſativum alterum. *Dod. pempt.* 707.
Svecis Hvit ſenap.
Habitat in agris *Belgii*, *Angliæ*, *Galliæ.*

2. SINAPIS ramis faſciculatis, foliis ſummis lanceolatis integerrimis.
Sinapi ſinenſe, acanthi folio. *Gmelin.*
Habitat in *China.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.
Deſc. Radix *annua.* Caulis *bipedalis*, *erectus*, *teres*, *nec ſtriatus*, *nec patulus*, *lævis.* Rami *faſciculati.* Folia *inferiora obverſe ovata*, *lacera*, *ſubtus ſcabra*, *fere rapiformia*; ſuperiora *lanceolata*, *integerrima*, *indiviſa*, *utrinque glabra.* Flores & *ſiliqvæ ſinapi arvenſis. Fl. Svec.* 548. *ſed* ſiliquæ *anguſtiores*, *non hiſpidæ*, *rarius tuberculoſæ*, *toroſæ.*

ARABIS.

1. ARABIS foliis amplexicaulibus, ſiliquis ancipitibus linearibus, calycibus ſubpiloſis.
Turritis latifolia hirſuta, ſiliqvis pendulis. *Amm. ruth.* 58.
Habitat in *Ruſſia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

2. ARA-

2. ARABIS foliis amplexicaulibus, ſiliquis decurvis planis linearibus, calycibus ſubrugoſis.

Leucojum heſperidis folio. *Tournef. inſt.* 221.

Glaſtifolia cichoroides 1. Bauhini & Turritis 2 Cluſſio. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 836.

Turrita major plateau. *Cluſ hiſt.* 2. *p.* 126.

Habitat in *Helvetia*, *Hungaria*.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua aut biennis. *Caute diſtinguenda eſt hæc planta a* Turitide *Fl. ſvec.* 544.

ERYSIMUM.

1. ERYSIMUM foliis integris lanceolatis margine repando-dentatis.

Heſperis leucoji folio non ſerrato, ſiliqva qvadrangula. *Tournef. inſt.* 223.

Leucojum luteum ſylveſtre cluſii. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 873.

Habitat in *Hungaria*.

Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.

Obſ. *Valde affinis* Eryſimo 2do Fl. Svec. 555. *ſed majora omnia, præſertim flores.*

SISYMBRIUM.

1. SISYMBRIUM foliis lanceolatis dendato-ſerratis. *Hort. cliff.* 337.

Draba lutea, ſiliqvis ſtrictiſſimi. *Baub. pin.* 110. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 234. *ſ.* 3. *t.* 7. *f.* 1.

Heſperis foliis ellipticis glabris circumſerratis. *Hall. Helv.* 563.

Arabis qvibusdam dicta planta. *Cam. epit.* 342.

Habitat in montibus *Helvetiæ*.

Hoſpitatur *ſub dio* & in *Frigidario*, perennis.

2. SISYMBRIUM ſiliqvis axillaribus ſubſeſſilibus ſolitariis, foliis pinnato-ſinuatis.

Eryſimum caule decumbente, ſiliqua laterali ſubſeſſili. *Roy. lugdb.* 343.

Eruca ſupina alba, ſiliqva ſingulari e foliorum alis erumpente. *Iſnard. act.* 1724. *p.* 295. *t.* 18.

Eruca procumbens alba alis foliorum florens. *Vaill. paris.* 50.

Habitat in pratis & agrorum marginibus *Pariſiis*.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua †.

3. SI-

3. SISYMBRIUM ſiliqvis axillaribus ſeſſilibus tubulatis aggregatis, foliis repando-dentatis.
Eryſimum ſiliquis in alis foliorum ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 337.
Eryſimum polyceration ſ. corniculatum. *Bauh. pin.* 101.
Irio altera. *Dalech. hiſt.* 653.
Habitat in ruderatis *Calabriæ*, *Helvetiæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. SISYMBRIUM foliis pinnatis flaccidis, foliolis ſublinearibus integerrimis.
Eryſimum monſpeſſulanum, ſinapios folio. *Walth. hort.* 55. *t.* 22.
Habitat circa *Aſtracan*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſc. Radix *fibroſa*. Caules *bipedales*, *ramoſiſſimi*, *patuli*. Folia *pinnata*, *ſubpendula: foliolis lanceolato-linearibus*, *integerrimis*, *longis*, *baſi extro ſum lacinula acuta auctis*. Flores *lutei*, *ſtructura fere ſinapeos*. Siliqvæ *longæ*, *teretes*; *glabræ*, *filiformes*, *ancipites*, *copioſiſſimæ*.

CRAMBE.

1. CRAMBE foliis cauleque ſcabris.
Crambe foliis ſubcordatis crenatis ſcabris. *Hort. cliff.* 340.
Rapiſtrum maximum rotundifolium monoſpermum. *Corn. canad.* 147. *t.* 148. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 266. *ſ.* 3. *t.* 13. *f.* 1.
Habitat in *Hiſpania*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

ISATIS.

1. ISATIS ſylveſtris minor luſitanica. *Herm. lugdb.* 678.
Habitat in *Luſitania*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. *Differt a* vulgari *Fl. Svec.* 543. *quod minor; annua, nec biennis; pedunculis parum tomentoſis, nec glabris.*

CLEOME.

1. CLEOME floribus gynandris. *Hort. cliff.* 341. *Fl. zeyl.* 239. *Roy. lugdb.* 339.
Quinquefolium lupini folio. *Bauh. pin.* 326.

Lupinus ægyptius ſylveſtris. *Veſl. ægypt.* 209. *t.* 209.
Habitat in calidis *Indiæ* utriusque & *Africæ*.
Hoſpitatur in *Caldario* & *vaporario*, annua.

2. CLEOME floribus hexandris, genitalibus declinatis, ſiliquis teretibus toroſis. *Hort. cliff.* 341. *Roy. lugdb.* 340.
Sinapiſtrum orientale triphyllum, ornithopodii ſiliquis. *Tournef. cor.* 17. *Dill. elth.* 359. *t.* 266. *f.* 345.
Habitat in agris circa *Peram*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, annua.

CLAS-

CLASSIS. XVI.

MONADELPHIA

PENTANDRIA

HERMANNIA.

1. HERMANNIA foliis lanceolatis obtuſis ſerratis. *Hort. cliff.* 342.

Hermannia fruteſcens, folio oblongo ſerrato. *Tournef. inſt.* 656.

Althæa africana fruteſcens, floribus aureis cochleatis pendulis minoribus. *Volk. norib.* 24. *t.* 24.

Habitat ad *Caput b. ſpei.*

Hoſpitatur in *Tepidario*, arbuſcula.

MELOCHIA.

1. MELOCHIA floribus umbellatis, capſulis pyramidatis pentagonis: angulis acutis.

Habitat in *Braſilia*, forte?

Hoſpitatur in *Caldario*, perennis.

Deſc. Radix *perennis.* Caulis *humanæ altitudinis*, *teres*, *viridis*, *erectus*, *anguſtus.* Folia *alterna*, *ovata vel ovato lanceolata*, *ſerrata*; *nuda*, *petiolata*: Rami *alterni*, *breviores.* Pedunculi e *regione petiolorum ſ. petiolis oppoſiti*, *petiolisque longiores*, *apice ferentes in umbellulam* flores 3, 4, 5.. *pedicellatos*. involucro *minimo exceptos.* Corollæ *pentapetalæ*, *infundibuliformes*, *incarnatæ.* Capſulæ *pyramidatæ*, *quinquangulares*, *baſi truncatæ in totidem dentes abeuntes.* *An itaque ſola varietas.* Melochiæ floribus ſolitariis, capſulis pyramidatis pentagonis angulis acutis. *Hort cliff.* 342.

DECANDRIA.

GERANIUM.

1. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis orbiculato-reniformibus tomentoſis crenatis integriuſculis.

Geranium calycibus monophyllis, floribus florentibus erectis, foliis ſubcordatis. *Hort. cliff.* 345.

Geranium africanum arboreſcens, malvæ folio pingui, flore coccineo. *Dill elth.* 151. *t.* 125. *f.* 151. 152.

Geranium africanum arboreſcens, malvæ folio plano lucido, flore elegantiſſimo kermeſino. *Mart. cent.* 3. *t.* 3.

Habitat in *Æthiopia.*

Hoſpitatur in *Caldario*, frutex.

Obſ. Corollæ *coccineæ, fere regulares.* Stamina *10: qvorum 3 inferiora alterna ſterilia, reliqua antherata, antheris 3 ſuperioribus brevioribus.* Frutex *magnus.*

2. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis cordato-orbiculatis inciſis zona notatis.

Geranium africanum arboreſcens, alchimillæ hirſuto folio, floribus rubicundis. *Comm. præl.* 51. *t.* 1.

Habitat ad *Caput b. ſpei.*

Hoſpitatur in *Tepidario* & *Frigidario*, Fruteſcens.

Obſ. Variat *foliis fimbria ſ. Zona rubicunda aut foliis margine albis.* Petala *2 adſcendentia in labium ſuperius; 3 nutantia patentiora, omnia carnea venis ſanguineis.* Stamina *7 horum 2 breviſſima, tum 1, dein 2 longiora; hæc 5 ſupra piſtillum; 2 adhuc longiora infra piſtillum.* Reliqua *ſterilia.*

3. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis cucullatis dentatis. *Hort. cliff.* 345.

Geranium africanum arboreſcens, foliis cucullatis anguloſis. *Dill. elth.* 155. *t.* 129. *f.* 156.

Geranium capenſe fruteſcens, aceris folio. *Pet. gaz. t.* 84. *f.* 5.

Geranium africanum arboreſcens, ibiſci folio rotundo, carlinæ odore. *Herm. lugdb.* 274. *t.* 275.

Geranium africanum arboreſcens, ibiſci folio anguloſo, floribus amplis purpureis. *Mart. cent.* 28. *t.* 28.

Habitat in *Æthiopia.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex.

4. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis lobatis undatis villoſis.

Geranium africanum fruteſcens, malvæ folio laciniato odorato. *Herm. lugdb.* 277. *t.* 278.

Habitat ad *Caput b. ſpei.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex.

Obſ. Flores *in capitulum: ſingulis ſtamina 10, qvorum 3 alterna infima ſterilia, reliqva antheris inſtructa, omnia coalita.*

5. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis adſcendentibus lobatis pubeſcentibus.

Gera-

Geranium africanum arboreſcens, vitis folio: odore meliſſæ. *Dill. elth.* 152. *t.* 126. *f.* 153.

Habitat ad *Caput ſpei.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, Frutex.
Obſ. *Hæc præcedenti ſimillima, ſed major; folia minus undulata, majora, rigidiora, minus ſuaveolentia.*

6. GERANIUM calycibus monophyllis, corollis papilionaceis: vexillo dipetalo maximo, foliis angulatis. *Hort. cliff.* 345.

Geranium africanum arboreſcens, flore veluti dipetalo eleganter variegato. *Dill. elth.* 154. *t.* 128. *f.* 155.

Geranium africanum arboreſcens, maluæ folio mucronato, petalis florum inferioribus vix conſpicuis. *Mart. cent.* 15. *t.* 15.

Habitat ad *Caput b. ſpei.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex inter reliquos maximus.

7. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis orbiculatis palmatis inciſis piloſis, caule herbaceo. *Vir. cliff.* 67.

Geranium calycibus monophyllis longiſſimis ſeſſilibus, fructu aſſurgente, foliis palmatis crenatis. *Hort. cliff.* 345.

Geranium africanum, alchimillæ hirſuto folio, floribus albidis. *Herm. lugd.* 282. *t.* 283. *Stiſſ. botan.* 107. *t.* 107.

Habitat ad *Caput bonæ ſpei.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.
Obſ. Caules *annui, diffuſi.* Folia *ſubpeltata, orbiculata.* Corollæ *parvæ, reflexæ, incarnatæ: petalis 2 ſuperioribus apice ſanguineis.* Stamina 10; *quorum 3 inferiora alterna ſterilia: apicibus ſurſum flexis; reliqua 7 antheris inſtructa, horum 5 ſuperiora cohærentia.* Stylus *in hac ſpecie nullus.*

8. GERANIUM calycibus monophyllis: tubis longiſſimis ſubſeſſilibus, radice ſubrotunda. *Hort. cliff* 344.

Geranium noctu olens æthiopicum, radice tuberoſa, foliis myrrhidis latioribus & anguſtioribus. *Breyn. cent.* 126 *t.* 58.

Habitat in *Æthiopia.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis.

* GERANIUM pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris. *Hort. cliff.* 344. *Fl. ſvec.* 579.

 β. Ge-

β. Geranium pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, foliis cordatis laciniatis. *Hort. cliff.* 344.
Geranium folio althææ. *Baub. pin.* 318.
Geranium malacoides. *Lob. ic.* 662.
γ. Geranium pedunculis multifloris pentandris. *Hort. cliff.* 498.
Geranium acu longiſſima. *Baub. pin.* 319.
Geranium ſpecioſum annuum, longiſſimis roſtris, creticum. *Baub. biſt.* 3. *p.* 479.
Habitat circa *Hiſpalim*, *Monſpelium* & *in Creta.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. *Omnibus hujus ſpeciei, quamvis primo intuitu diverſiſſimis, ſunt* ſtamina *interiora 5 fertilia, juxta baſin utrinque dentata; exteriora vero 5 lanceolata, membranacea, ſterilia.* Folia *pinnatifida.*

10. GERANIUM pedunculis bifloris alternis cauli erecto ſuperne inſidentibus. *Hort. cliff.* 343.
Geranium phæum, flore reflexo. *Baub. biſt.* 3. *p.* 477.
Geranium montanum fuſcum. *Baub. pin.* 318.
Geranium montanum. *Dod. pempt.* 64.
Habitat in alpibus *Helveticis*, *Styriacis.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

POLYANDRIA.

SIDA.

1. SIDA foliis palmatis: laciniis lanceolato-attenuatis. *Hort. cliff.* 346.
Althæa virginiana, ricini folio. *Herm. lugdb.* 22. *t.* 23.
Malva, aceris folio, virginiana. *Tournef. inſt.* 95.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, *Caldario*, & *ſub dio*, perennis.
Obſ. Hæc *differt in non paucis a reliquis, ut facile novum genus conſtitueret.*

2. SIDA foliis ſubrotundo-cordatis acuminatis. *Hort. cliff.* 346. *Fl. zeyl.* 219. *Gron. virg.* 78.
Althæa theophraſti, flore luteo. *Baub. pin.* 316.
Althæa altera ſ. Abutilon. *Cam. epit.* 668.
Abutilon. *Dod. pempt.* 656. *Dalech. biſt.* 592.
β. Abutilon indicum, flore luteo minore. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 1. *Bum. zeyl.* 1. *Fl. zeyl.* 520.

Alceæ

Alceæ affinis indica. Abutilon dicta, flore flavo, foliis mollibus profunde venoſis, ſiliculis lanuginoſis. *Pluk. phyt.* 126. *f.* 5.

Habitat in *Zeylonia*, *Virginia*.

Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

Obſ. Differt *β, caule breviore, foliis utrinque tomentoſis & mollioribus a præcedenti α, et margine foliorum inflexo duriore et obtuſiore:* cætera omnia eadem.

3. SIDA foliis inferioribus cordato-angulatis, ſuperioribus haſtatis, petalis integris. *Roy. lugdb.* 349.

Habitat in *Vera cruce* forte?

Hoſpitatur in *Vaporario*, annua.

Obſ. *Accedit proxime ad* ABUTILON lavateræ flore, fructu inflato. *Dill. elth. 3. t. 2. f. 2. ſed* caulis *inferne magis lævis.* Folia *inferiora pentagona, nec ovata, absque angulis.* Petala *emarginata. Cæterum* pedunculi *uniflori &* calyces *patentes.* Capſulæ *extrorſum mucronatæ.* Flos *cæruleus.*

4. SIDA foliis cordato-ovatis ſerratis, ſtipulis ſetaceis, alis ſpinoſis, *Roy. lugdb.* 349. *Fl. zeyl.* 254.

Sida foliis cordato-ovatis, capſulis quinis bicuſpidatis. *Hort. cliff.* 346.

Malvinda bicornis, ſanguiſorbæ folio villoſo & glabro. *Dill. elth.* 214. *t.* 171. *f.* 210.

Alcea, carpini folio, americana fruteſcens, floſculis luteis, ſemine duplici noſtro donatis. *Comm. hort.* 1. *p.* 3. *t.* 2.

Alcea virginiana bidens, pimpinellæ majoris acutiore folio, floſculis luteis minimis. *Pluk. alm.* 25. *t.* 9. *f.* 6. 3.

Habitat in utraque *India.*

Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

Obſ. Semina 5, *bicuſpidata.* Floret *hora* 12.

5. SIDA foliis lanceolato-rhomboidibus ſerratis. *Hort. cliff.* 68. *Fl. zeyl.* 252. *Vir. cliff.* 68. *Gron. virg.* 78.

Malvinda unicornis, folio rhomboide, perennis. *Dill. elth.* 216. *t.* 172. *f.* 212.

Althæa carpini folio, floſculis luteis. *Bocc. ſic.* 11. *t.* 6. *f.* 2.

Alcea pernambucana, carpini folio, floſculis minimis luteis, ſemine ſimplici roſtro donato. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 528.

Habitat in *Zeylona*, *Jamaica*, *Braſilia*, *Virginia*.
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis.
Obſ. *Huic ſemina 10.*

6. SIDA foliis orbiculatis ſpicatis ſerratis. *Hort. cliff.* 346. *Fl. zeyl.* 253.
Malvinda ſtellata alnifolia. *Dill elth.* 215. *t.* 172. *f.* 211.
Althæa indica, latiori folio cordiformi ad ſummum ſinuato. *Pluk. alm* 26. *t.* 9. *f.* 2.
Habitat in *Benghala*, *Zeylona*, *Malabaria*.
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis.

URENA.

1. URENA foliis angulatis. *Hort cliff.* 348. *Fl zeyl.* 256.
Urena ſinica, xanthii facie. *Dill. elth.* 430. *t.* 319. *f.* 412.
Trifolio adfinis indiæ orientalis, xanthii facie. *Breyn. cent* 82. *t.* 35.
Habitat in *China*.
Hoſpitatur in *Caldario*, Frutex.

MALVA.

1. MALVA caule erecto, foliis angulatis, floribus axillaribus glomeratis. *Hort. cliff* 502.
Malva annua, floſculis albis verticillatim naſcentibus. *Tournef. inſt.* 96.
Malva annua rotundifolia, floribus omnium minimis albis pentaphyllis verticillatim genicula ambientibus & ſeminibus arcte iisdem verticillatim adhærentibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 521. *Raj. hiſt.* 598.
Malva ſylveſtris erecta, floſculis albis minimis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 268.
Habitat in *China*, *Syria*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. MALVA foliis angulatis criſpis, floribus axillaribus glomeratis. *Hort. cliff* 347.
Malva foliis criſpis. *Bauh. pin.* 315.
Malva criſpa. *Bauh. hiſt.* 2. *p* 952. *Dod pempt.* 653.
Habitat - - - ſine dubio ex præcedente orta.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

3. MALVA hederaceo folio. *Bauh. pin.* 315.
Malva major altera. *Matth. dioſc.* 340.
Malva major tertia. *Dalech hiſt.* 586.
Malva rotundifolia italica, flore amplo purpuraſcente. *Tournef. inſt.* 268.

Malva

Malva perennis hiſpanica, flore carneo amplo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 522.

Malva virens rotundifolia, flore amplo purpuraſcente, italica. *Barr. rar.* 479.

Malva, folio ficus, altera. *Bauh. pin.* 315. *prodr.* 137.

Habitat in *Italia*, *Luſitania*, *Hiſpania.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. *Differt a* Malva Fl. Svec. 581 *magnitudine florum & glabritie totius plantæ, nec non in aliis pluribus notis, quæ diſtinctam indicant ſpeciem.*

4. MALVA foliis multifidis, caule repente. *Hort. cliff.* 347.

Abutilon carolinianum repens, alceæ foliis, gilvo flore. *Mart. cent.* 34. *t.* 34.

Abutilon repens, alceæ foliis, flore helvulo. *Dill. elth.* 5. *t.* 4. *f.* 4.

Alcea caroliniana, flore parvo ſaturate purpureo. *Pet. muſ.* 744.

Habitat in *Carolina.*

Hoſpitatur in *Tepidario*, annua, rarius perennis.

5. MALVA foliis ſubcordatis laciniatis glabris, caule arboreſcente. *Hort. cliff.* 347.

Malva capenſis fruteſcens, groſſulariæ folio majore hirſuto. *Dill. elth.* 2′ 9. *t.* 169. *f.* 207.

Malva africana fruteſcens, flore rubro. *Comm. hort.* 2. *p.* 171. *t.* 86.

Malva africana fruteſcens, flore parvo carneo: unguiculis atro-rubentibus. *Pluk. amalth.* 140. *t.* 431. *f.* 5.

Althæa africana arboreſcens purpurea, groſſulariæ vel ribes folio. *Herm. afr.* 3.

Habitat ad *Caput b. ſpei*

Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis.

6. MALVA foliis ovato-oblongis acute ſerratis, capſulis tricuſpidatis. *Hort. cliff.* 346 *deſcr.*

Althæa coromandeliana, anguſtis prælongis foliis, ſemine bicorni. *Pluk. alm.* 10. *t.* 334. *f.* 2.

Habitat in utraque *India.*

Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

Obſ. Floret *hora* 12. Capſulæ 10 *apice ſetaceo, ad tergi latera utrinque denticulo notatæ.*

*. MALVA caule erecto, foliis multipartitis. *Hort. cliff* 347. *Fl. ſvec.* 582.

β. Alcea vulgaris major, flore candidiore. *Tournef. inſt.* 97.
Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

*. MALVA foliis radicalibus reniformibus inciſis, caulinis quinquepartitis pinnato-multifidis.

Malva montana ſ. Alcea rotundifolia laciniata. *Col. ecphr.* 1. *p.* 148. *t.* 147. *Fl. ſvec.* 583.

Alcea folio rotundo laciniato, flore rubro. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 270.

Habitat in *Europa* auſtraliori.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

LAVATERA.

1. LAVATERA caule arboriformi, foliis ſeptem-angularibus tomentoſis plicatis, pedunculis confertis unifloris axillaribus.

Lavatera foliis ſeptemangularibus obtuſis plicatis villoſis, caule fruticoſo, floribus ad alas confertis. *Hort. cliff.* 348.

Malva arborea veneta dicta, parvo flore. *Bauh. pin.* 315.

Malva arboreſcens. *Dod. pempt.* 653.

Habitat in *Italia* inter *Piſas* & *Liburnum* portum.
Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis.

2. LAVATERA caule fruticoſo, foliis quinquelobo-haſtatis.

Lavatera foliis quinquangularibus acutis crenatis: lacinia media productiore. *Hort. cliff.* 348.

Althæa fruteſcens, folio acuto, parvo flore. *Bauh. pin.* 316.

Althæa arborea olbia in galloprovincia. *Lob. ic.* 653.

Habitat in *Galloprovinciæ* inſula *Olbia.*
Hoſpitatur in *Frigidario* & *Tepidario*, frutex.

3. LAVATERA caule erecto, ramis inferioribus diffuſis, pedunculis confertis unifloris axillaribus.

Malva cretica annua, flore parvo ad alas umbellato. *Tournef. cor.* 2.

Habitat in *Creta.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Deſc. Facies MALVÆ folio rotundo. *Fl. ſvec.* 580; *ſed altitudo humana*; Rami *inferne longi, diffuſi, procumbentes.* Folia *inferiora rotundata, ſuperiora angulata.* Calyces *undique villoſi.* Corollæ *purpuraſcentes.*

4. LA-

4. LAVATERA caule herbaceo, fructibus denudatis, calycibus inciſis.

Lavatera foliis inferioribus cordato-ſubrotundis, ſuperioribus lobatis crenatis, calycibus utrinque inciſis, caule herbaceo. *Roy. lugdb.* 355.

Althæa thuringiaca. *Cam. hort.* 12. *t.* 6.

Althæa thuringiaca grandiflora. *Dill. elth.* 9. *t.* 8. *f.* 8.

Althæa flore majore. *Bauh. pin.* 316.

Habitat in *Pannonia*, *Moravia*, *Thuringia*, *Tataria* ad ſepes montium.

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

5. LAVATERA foliis glabris, caule ſcabro herbaceo, pedunculis unifloris, fructibus orbiculo tectis.

Lavatera foliis ſubcordatis obtuſis & angulatis ſerratis, caule herbaceo. *Roy. lugdb.* 355.

Lavatera africana, flore pulcherrimo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 268.

Malva annua trimeſtris, flore cum unguibus purpureis, ſeminibus multis nigris rotundis ſubter membraneis duplicatis orbiculis latentibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 520. *ſ.* 5. *t.* 17. *f.* 2.

Malva trimeſtris, flore cum unguibus purpureis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 950.

Malva rotundifolia glabra ex hiſpania, flore amplo rubello. *Pluk. alm.* 238. *t.* 44. *f.* 3.

Habitat in *Syria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. Radix *annua*. Caules *diffuſi vel erectiuſculi*, *ad radicem* Rami *longi vix ſubramoſi*, *pilis ſcabri*, *purpuraſcentes*. Folia *petiolata*, *nutantia*, *ſupra lævia*, & *ſubtus plerumque lævia*, *obtuſiuſcula*, *parum ſerrata*: *inferiora ſubrotunda*, *cordata*; *intermedia obtuſe qvinqvangularia*; *ſumma fere haſtata*. Corollæ *maximæ*, *incarnatæ ungvibus ſangvineis*. Styli *ſtaminibus longiores*, *arcuati*.

GOSSYPIUM.

1. GOSSYPIUM foliis quinquelobis.

Goſſypium caule decumbente. *Hort. cliff.* 350.

Goſſypium fruteſcens, ſemine albo. *Bauh. pin* 430.

Goſſypium. *Cam. epit.* 203.

Xylon ſ. Goſſipium herbaceum. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 343. *Tournef. inſt.* 101.

Svecis Bomull.

Pharm.

Pharm. Goſſypii Semina, Bombycis Lana.
Habitat in *America*, *Jamaica*, nunc in *Græcia*.
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

2. GOSSYPIUM foliis trilobis integerrimis.
Goſſypium fruteſcens annuum, folio trilobato barbadenſe. *Pluk. alm.* 172. *t.* 188. *f.* 1.
Habitat in *Barbados*.
Hoſpitatur in *Caldario*, biennis, altero anno fructificans.
Deſc. Folia *cordata*, *triloba*, *integerrima*, *hinc diverſa*, *licet fruticoſa videatur*, *a* Goſſypio caule erecto. *Hort. cliff.* 350.

ALCEA.

1. ALCEA foliis ſinuato-anguloſis. *Hort. cliff.* 348.
Malva roſea, folio ſubrotundo. *Bauh. pin.* 315.
Malva hortenſis. *Dod. pempt.* 652.
α. Malva roſea, folio ſubrot, flore candido. *Tournef. inſt.* 94.
β. - - - - - - luteo ſimplici. *Tournef. inſt.*
γ. - - - - - - dilutius rubente. *Tournef. inſt.*
δ. - - - - - - ſaturatius rubente. *Tournef. inſt.*
ε. - - - - - - purpuræ modo relucente *Tourn. inſt.*
ζ. - - - - - - ex rubro nigricante. *Tournef. inſt.*
η. - - - - - - violaceo. *Tournef. inſt.*
ϑ. - - - - - - pleno albo. *Tournef. inſt.*
ι. - - - - - - luteo. *Tournef. inſt.*
κ. - - - - - - incarnato. *Tournef. inſt.*
λ. - - - - - - puniceo. *Tournef. inſt.*
μ. - - - - - - nigricante. *Tournef. inſt.*
Svecis Ståckros.
Habitat - -
Hoſpitatur *ſub dio*, hyeme tegitur frondibus, biennis.

2. ALCEA foliis palmato-digitatis. *Hort. cliff.* 348.
Malva roſea folio ficus. *Bauh. pin.* 315.
Malva roſea ſimplex peregrina. *Tabern. hiſt.* 1149.
Habitat - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.

ALTHAEA.

1. ALTHAEA foliis ſimplicibus tomentoſis. *Hort. cliff.* 348. *Guett. ſtor.* 2. *p.* 169.

Althæa

Althæa dioſcoridis & plinii. *Bauh. pin.* 315.
Althæa. *Fuchſ. hiſt.* 15. *Cam. epit.* 667.
β. Althæa dioſcoridis & plinii, folio magis angulato. *Tournef. inſt.* 97.
Pharm. ALTHÆÆ Radix, Herba, Semina.
Habitat in pratis humidis *Hollandiæ*, *Angliæ*, *Galliæ* & β *Sibiriæ* duplo altior.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

2. ALTHAEA foliis inferioribus palmatis, ſuperioribus digitatis, caule fruticoſo.
Althæa foliis compoſitis ſcabris. *Hort. cliff.* 349.
Alcea cannabina. *Bauh. pin.* 316.
Alcea fruticoſa, cannabino folio. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 25.
Habitat in *Hungaria*, *G. Narbonenſi*, *Italia*, *Sicilia*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, fruticoſa.

HIBISCUS.

1. HIBISCUS foliis ovatis acuminatis ſerratis, caule ſimpliciſſimo, petiolis floriferis.
Hibiſcus foliis ovatis crenatis: angulis lateralibus obſoletis. *Hort. cliff.* 349. *Gron. virg.* 79. *Roy lugdb.* 358.
Ketmia americana, populi folio. *Tournef. inſt.* 100.
Alcea roſea peregrina, forte Roſa moſcheutos plinii. *Corn. can* 144. *t.* 145. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 532. *ſ.* 5. *t.* 19. *f.* 6.
Habitat in *Canada*, *Virginia*.
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis, florens, fructificans.
Obſ. Caulis *quotannis perit, illeque ſimpliciſſimus eſt & pedunculus exit e petiolo, non vero e caule, quod indicat affinitatem cum* Turnera. Flos vere ſpecioſus & pulcherrimus.

2. HIBISCUS foliis cordato-qvinquangularibus obſolete ſerratis. *Hort. cliff.* 349. *Roy. lugdb.* 358.
Althæa arborea, Roſa Sinenſis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 530. *ſ.* 5. *t.* 18. *f.* 2.
Roſa ſinenſis. *Ferr. flor.* 493. *t.* 497. *Mer. ſur.* 31. *t.* 31.
Habitat in *China*, *Malabaria*.
Hoſpitatur in *Caldario*, Arbor.
Obſ. HIBISCUS foliis ovatis acuminatis ſerratis *Fl. Zeyl.* 260. *longe diverſa eſt planta a noſtrate.*

3. HIBISCUS foliis ovato-lanceolatis: ſuperne inciſo-ſerratis. *Hort. cliff.* 350.
Alcea arboreſcens ſyriaca. *Bauh. pin.* 316.
Alcea arboreſcens. *Cam. hort. t.* 3. 4.

Habi-

Habitat in *Syria.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, æſtate in terra *ſub dio*, arbuſcula.

4. HIBISCUS foliis peltato-cordatis ſeptemagularibus ſerratis hiſpidis. *Hort. cliff.* 349. *Roy. lugdb.* 358. *Fl. Zeyl.* 261.
Alcea ægyptiaca villoſa. *Bauh. pin.* 317.
Moſch ſ. Bammia muſchata. *Alp. exot.* 197. *t.* 196.
Muſcus bloem. *Mer. ſurin.* 42. *t.* 42.
Pharm. ABELMOSCHI Semina.
Habitat in *Ægypto*, *Braſilia*, *Jamaica*, *Malabaria*, *Zeylona.*
Hoſpitatur in *Caldario* caule perenni, fructificans.

5. HIBISCUS foliis palmato-digitatis ſeptempartitis. *Hort. cliff.* 350. *Roy. lugd.* 358.
Ketmia folio manihot ſerrato, flore amplo ſulphureo. *Dill. elth.* 189. *t.* 156. *f.* 189.
Alcea ſinica, manihot ſtellato folio, capſula longa piloſa pyramidata qvinqvefariam diviſa. *Pluk. amalth.* 7. *t.* 355. *f.* 2.
Habitat in *China* & *America.*
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis, egregie fructificans.
Obſ. Facies *antecedentis ſtatura*, *hiſpiditate*, *altitudine*, *floribus*, *capſulis*, *maculis fuſcis ad foliorum exortum etc. ſed foliorum figura & ſemina inodora differunt.*

6. HIBISCUS foliis tripartitis inciſis, calycibus inflatis capſulam obtegentibus.
Trionum *Hort. cliff.* 349.
Ketmia veſicaria vulgaris. *Tournef. inſt.* 101.
Alcea veſicaria. *Bauh. pin.* 317. *Dod. pempt.* 643.
Alcea ſoliſeqva. *Lob. hiſt.* 374.
Habitat in *Italia*, inque littore *Venetiano.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.
Obſ. Pedunculus *in hac articulatus eſt*, *et calycis ſtriæ dentatæ ſunt. Aliæ ſpecies indicant hanc plantam ab Hibiſcis genere non eſſe diſtiguendam.*

MALOPE.

1. MALOPE foliis ovatis crenatis glabris. *Hort. cliff.* 347.
Malacoides betonicæ folio. *Tournef. inſt.* 98.
Malva betonicæ folio. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 522. *ſ.* 5. *t.* 17. *f.* 11. *Bocc. ſic.* 15. *t.* 8. *f.* 2.
Habitat in *Hetruriæ* pratis.
Hoſpitabatur nuper, ante brumam enata, in *Caldario*, ſed prima hyeme periit.

CLAS-

CLASSIS. XVII.

DIADELPHIA

HEXANDRIA.

FUMARIA.

1. FUMARIA ſiliquis paniculatis linearibus, caule erecto.
   Fumaria caule erecto ramoſo, ſiliquis filiformibus corymboſis. *Hort. cliff.* 352.
   Fumaria ſiliquoſa ſempervirens. *Corn. canad.* 57. *t.* 58. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 259. *ſ.* 3. *t.* 12. *f.* 1.
   Capnoides. *Tournef. inſt.* 423.
   Habitat in *Canada.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, annua.
2. FUMARIA ſiliquis globoſis inflatis.
   Fumaria foliis cirrhiferis, ſiliquis ovatis inflatis pendulis. *Hort. cliff.* 351.
   Fumaria alba veſicaria, capreolis donata, ſub exitu autumni florens, æthiopica. *Pluk. alm.* 400.
   Cyſticapnos africana ſcandens. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 310. *t.* 310.
   Habitat in *Æthiopia.*
   Hoſpitatur in *Tepidario*, annua.

DECANDRIA.

ERYTHRINA.

1. ERYTHRINA foliis ternatis, caule ſpinoſo. *Hort. cliff.* 354. *Fl. zeyl.* 275.
   Corallodendron triphyllum americanum ſpinoſum, flore ruberrimo. *Tournef. inſt.* 661.
   Coral arbor ſiliqvoſa. *Comm. hort.* 1. *p.* 211. *t.* 108.
   Ceratia ſ. Siliqva ſylveſtris ſpinoſa arbor indica. *Bauh. pin.* 402.

Habi-

Habitat in ſepibus *Jamaicæ*, *Malabariæ*, *Zeylonæ*, *Javæ*.
Hoſpitatur in *Caldario*, Arbor.

AMORPHA.

1. AMORPHA. *Hort. cliff.* 353. *Tab.* 19. *Roy. lugdb.* 393.
Barba jovis americana, Pſeudo Acaciæ foliis, floſculis purpureis minimis. *Angl. hortul.* 11. *t.* 4
Habitat in *Carolina*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, frutex †.

SPARTIUM.

1. SPARTIUM ramis oppoſitis teretibus verſus apicem floriferis, foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 356.
Spartium arboreſcens, ſeminibus lenti ſimilibus. *Bauh. pin.* 396.
Spartium macrolobium. *Reneal. ſpec.* 34. *t.* 33.
Geniſta juncea. *Bauh hiſt.* 1. *pp* 395.
Habitat in *G. Narbonenſi*, *Italia*, *Sicilia*, *Turcia*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbuſcula.

2. SPARTIUM ramis ſpinoſis angulatis, foliis ternatis. *Hort. cliff.* 356.
Cytiſus ſpinoſus. *Herm. lugdb.* 218.
Acacia trifolia. *Bauh. pin.* 392.
Aſpalatus ſecunda trifolia. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 375.
Habitat in ſepibus aſperis maritimis *Hetruriæ*, *Italiæ*, *Siciliæ*, *Galloprovinciæ*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbuſcula †.

GALEGA.

1. GALEGA. *Dod. pempt.* 548. *Lob. hiſt.* 509. *Dalech. hiſt.* 976.
Galega vulgaris. *Bauh. pin.* 352.
Galega vulgaris, floribus cærulcis. *Tournef. inſt.* 398.
β. Galega vulgaris, floribus penitus candicantibus. *Tournef. inſt.* 398.
γ. Galega africana, floribus majoribus & ſiliquis craſſioribus. *Tournef. inſt.* 398.
Pharm. GALEGÆ Herba.
Habitat ad aqvarum rivos *Italiæ*, *Hiſpaniæ*, *Syriæ*.
Hoſpitatur in *Frigidario* & ſæpe *ſub dio*, perennis.

INDIGOFERA.

1. INDIGOFERA leguminibus arcuatis incanis, racemis folio brevioribus. *Fl. zeyl.* 273.
Indio-

Indigofera foliis nudis. *Hort. cliff.* 487.
Anil ſ. Indigo indica. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 202.
Ameri. *Rheed. mal.* 1. *p.* 101. *t.* 54.
Pharm. INDIGO commune, optimum.
Svecis Indigo.
Habitat in aridis ſterilibus arenoſis petroſis, ubi pluviæ rarius cadunt, *Jamaicæ*, *Caribæarum*, *Zeylonæ*, *Malabariæ*.
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis.

LUPINUS.

1. LUPINUS calycibus alternis abſqve appendiculis. *Hort. cliff.* 349.
Lupinus caule compoſito. *Hort. cliff.* 359.
Lupinus ſativus, flore albo. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 228.
Pham. LUPINI Semina.
Habitat - - - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, annuã.

2. LUPINUS calycibus alternis utrinque appendiculatis. *Hort. cliff.* 499.
Lupinus caule ſimplici ramoſo. *Hort. cliff.* 359.
Lupinus ſylveſtris, flore cæruleo. *Bauh. pin.* 348.
Lupinus ſylveſtris, flore purpureo, ſemine rotundo vario. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 291.
Habitat inter ſegetes *Meſſanæ* et *Monſpelii*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

3. LUPINUS calycibus verticillatis, labio inferiore trifido. *Hort. cliff.* 499.
Lupinus ſylveſtris, flore luteo. *Bauh. pin.* 348.
Lupinus flore luteo, ſemine compreſſo vario. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 291.
Habitat in arenoſis *Siciliæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. LUPINUS calycibus verticillatis; labio inferiore integerrimo. *Hort. cliff.* 499.
Lupinus peregrinus major ſ. villoſus cæruleus major. *Bauh. pin.* 348. *prodr.* 148.
Lupinus exoticus hirſutiſſimus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 280.
Habitat - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

CROTALARIA.

1. CROTALARIA foliis lanceolatis petiolatis ſeſſilibus, caule ſtriato. *Hort. cliff.* 357.

Crotalaria benghalenſis, foliis geniſtæ hirſutis. *Pluk. alm.* 122. *t.* 169. *f.* 5.

Crotalaria aſiatica, folio argenteo villoſo, flore luteo, ſiliquis pendulis in ſpica. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 25.

Habitat in *Italia orientali.*

Hoſpitatur in *Caldario*, ſed ſemina non perficit, annua †.

2. CROTALARIA foliis ternatis, petiolis nudis. *Hort. cliff.* 358.

Crotalaria trifolia fruticoſa, foliis rotundis incanis, floribus ſpicatis e viridi luteis, fructu pubeſcente. *Sloan. flor.* 141. *hiſt.* 2. *p.* 34. *t.* 179. *f.* 1. *Raj. ſuppl.* 446.

Habitat in agris ſterilibus *Jamaicæ* & *Caribæarum.*

Hoſpitatur in *Caldario*, ſed non maturat facile ſemina †.

ONONIS.

1. ONONIS ſtipulis floralibus ovatis membranaceis integerrimis. *Roy. lugdb.* 376.

Anonis alopecuroides mitis annua purpuraſcens. *Dill. elth.* 28. *t.* 24. *f.* 27.

Anonis alopecuroides annua purpurea. *Pluk. alm.* 398.

Anonis purpurea ſpicata erecta annua latifolia, ſiliquis rectis lentiformibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 169. *ſ.* 2. *t.* 17. *f.* 4. *male.*

Habitat in *Luſitania* & *Barbados.*

Hoſpitatur in *Tepidario*, annua †.

CYTISUS.

1. CYTISUS foliolis ovato-oblongis racemis ſimplicibus pendulis. *Hort. cliff.* 354. *Roy. lugdb.* 369. *Hall. helv.* 591.

Cytiſus alpinus latifolius, flore racemoſo pendulo. *Tournef. inſt.* 648.

Laburnum arbor trifolia anagyridi ſimilis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 361.

Anagyris non fœtida major vel alpina. *Bauh. pin.* 391.

Anagyris non fœtens minor. *Bauh. pin.* 391.

Habi-

Habitat in alpibus calidioribus *Helvetiæ, Genevæ, Sabaudiæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, interdum *ſub dio*, frutex.

2. CYTISUS floribus capitatis, ramis decumbentibus. *Roy. lugdb.* 370. *n.* 6.
Cytiſus ſupinus, foliis intra & ſiliquis molli lanugine pubeſcentibus. *Bauh. pin.* 390.
Cytiſus VII. ſpecies altera. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 67.
Cytiſus VII. *Beſl. eyſt. vern.* 11. *f.* 2.
Habitat in ſylvis *Pannoniæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex.

3. CYTISUS calycibus hirſutis trifidis obtuſis ventricoſo-oblongis, pedunculis ſimplicibus.
Cytiſus calycibus hirſutis ſeſſilibus, pedunculis ſimplicibus breviſſimis. *Hort. cliff.* 355.
Cytiſus foliis ſubruffa lanugine hirſutis. *Bauh. pin.* 390.
Cytiſus hirſutus. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 378.
Cytiſus III. *Cluſ.* 1. *p.* 94.
Habitat ad radices montium *Calpen, Boeticæ, Italiæ, Siciliæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex †.
Deſc. Folia, *rami tenelli, petioli, pedunculi, legumina hirſuta ſunt.* Calyces *ſubſeſſiles propriis pedunculis, inflati, oblongi: dentibus duobus ſuperioribus & unico infimo acutiore.*

4. CYTISUS foliolis ſublanceolatis tomentoſis: intermedio longius petiolato, pedunculis axillaribus erectis. *Fl. zeyl.* 354.
Cytiſus foliolis ovato-lanceolatis: intermedio petiolato, pedunculo ex alis multifloro. *Hort. cliff.* 354.
Cytiſus folio molli incano, ſiliquis orobi contortis & acutis. *Burm. zeyl.* 86. *t.* 37.
Phaſeolus erectus incanus, ſiliquis toroſis, Kayan dictus. *Pluk. alm.* 293. *t.* 213. *f.* 3.
Habitat in *Malabaria, Zeylona, Caribæis.*
Hoſpitatur in *Caldario*, frutex †.

ANAGYRIS.

1. ANAGYRIS. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 93. *Dod. pempt.* 785.
Anagyris floribus lateralibus. *Roy. lugdb.* 371.
Anagyris fœtida. *Bauh. pin.* 391.
Habitat in montibus *Siciliæ, Italiæ, Hiſpaniæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbor.

ULEX.

1. ULEX folio ſub ſingulis ſpinis ſubulato plano acuto. *Hort. cliff.* 356.
   Geniſta ſpartium majus, longioribus aculeis. *Tournef. inſt.* 645.
   Geniſta ſpinoſa major, longioribus aculeis. *Baub. hiſt.* 394.
   Geniſta ſpinoſa. *Dod. pempt.* 659.
   Habitat in arenoſis ſabuloſis ſqvalidis ſepibus *Germaniæ*, *Angliæ*, *Brabantiæ*, *Galloprovinciæ*.
   Hoſpitatur in *Frigidario*, ſed non facile fert clima horti noſtri, hinc omni hyeme perit, frutex.

ROBINIA.

1. ROBINIA pedunculis racemoſis, foliis pinnatis.
   Robinia aculeis geminatis. *Hort cliff.* 354. *Gron. virg.* 82.
   PſeudoAcacia ſiliquis glabris. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 39.
   Acacia americana, ſiliquis glabris. *Raj. hiſt.* 1719.
   Acaciæ affinis virginiana ſpinoſa, ſiliqua membranacea plana, floribus albis papilionaceis anagyridis modo in uvam propendentibus. *Pluk. alm.* 6. *t.* 73. *f.* 4.
   Habitat in *Virginia*.
   Hoſpitatur in *Frigidario*. Arbor.
2. ROBINIA pedunculis ſimpliciſſimis, foliis pinnatis.
   Aſpalathus arboreſcens, pinnis foliorum crebrioribus oblongis. *Amm. rhut.* 210. *n.* 285.
   Caragana ſibirica. *Roy. lugdb.* 537.
   Habitat in *Sibiria* in tractibus fluvii *Tom*.
   Hoſpitatur *ſub dio*, Arbor.
3. ROBINIA pedunculis ſimpliciſſimis, foliis quaternatis petiolatis.
   Aſpalathus fruteſcens major latifolius, cortice aureo. *Amm. Rhut.* 206.
   Habitat in *Sibiria* & *Tataria* cum præcedente.
   Hoſpitatur *ſub dio*, frutex altus.
4. ROBINIA pedunculis ſimpliciſſimis, foliis quaternatis ſubſeſſilibus.
   Aſpalathus fruteſcens minor anguſtifolius, cortice aureo. *Amm. rhut.* 204. *n.* 282. *t.* 35.
   Habitat ubique in *Sibiria*.
   Hoſpitatur *ſub dio*, ſed difficile. Frutex parvus

PHA-

PHASEOLUS.

1. PHASEOLUS radice annua, caule volubili, leguminibus pendulis compreſſis toroſis. *Roy. lugdb.* 367.

α. Phaſeolus vulgaris. *Lob. ic.* 59. *Hort. cliff.* 359.
Smilax hortenſis ſ. Phaſeolus major. *Bauh. pin.* 339.
Dolichos ſ. Phaſeolus. *Dod. pempt.* 519.

β. Phaſeolus vulgaris, fructu violaceo. *Tournef. inſt.* 412.

γ. Phaſeolus vulgaris, fructu ex rubro & nigro variegato. *Tournef. inſt.* 412.

δ. Phaſeolus fructu albo venis nigris & lituris diſtincto. *Tournef. inſt.* 413.

Pharm. Phaseoli Semina.
Svecis Turkiſka bönor.
Habitat in *India orientali.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, frequens.

2. PHASEOLUS caule erecto lævi, leguminibus erectiuſculis compreſſis rugoſis.
Phaſeolus vulgaris italicus humilis ſ. minor albus cum orbita nigricante. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 358. *Raj. hiſt.* 885.
Phaſeolus minor, ſiliqua ſurſum rigente, fructu albo. *Tournef. inſt.* 413.
Smilax ſiliqua ſurſum rigente ſ. Phaſeolus parvus italicus. *Bauh. pin.* 339.
Svecis Kryp-bönor.
Habitat in *India orientali.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

3. PHASEOLUS puniceo flore. *Cornut. canad.* 184.
Phaſeolus indicus, flore coccineo ſ. puniceo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 69.
Habitat - - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. PHASEOLUS caule erecto tereti, floribus capitatis, leguminibus cylindraceis horizontalibus. *Act. ſtockh.* 1742. *p.* 202. *t.* 7. *f.* 2.
Phaſeolus zeylanicus, ſiliquis radiatim digeſtis. *Dill. elth.* 315. *t.* 235. *f.* 304.
Habitat in *Zeylonia, China.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

 5. PHA-

5. PHASEOLUS caule volubili, floribus ſubcapitatis, ſeminibus tetragono-cylindricis pulverulentis.
Phaſeolus peregrinus, flore roſeo, ſemine tomentoſo. *Niſſ. act.* 1730. *p.* 577. *t.* 42.
Phaſeolus indicus, hederæ folio anguloſo, ſemine oblongo lanuginoſo. *Raj. ſuppl.* 438.
Habitat in *India*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

DOLICHOS.

1. DOLICHOS leguminibus ovato-acinaciformibus, ſeminibus ovatis hilo arcuato verſus alteram extremitatem. *Roy lugdb.* 368.
Phaſeolus ægyptiacus, nigro ſemine. *Baub. pin.* 341.
Phaſeolus niger, Lablab. *Alp. ægypt.* 74. *t.* 75.
Lablab. *Veſl. ægypt.* 24.
Habitat in *Ægypto*.
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

2. DOLICHOS leguminibus ſubcylindraceis capitatis: acumine recurvo concavo.
Phaſeolus barbadenſis, ſiliqua tenui recta, ſemine ex purpuro nigricante.
Habitat in *Barbados*.
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.
Obſ. *Flos purpureus eſt*.

3. DOLICHOS minimus, floribus luteis. *Hort. cliff.* 360. *t.* 21.
Phaſeolus minimus fœditus, floribus ſpicatis e viridi luteis, ſemine maculato. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 182. *t.* 115. *f.* 1.
Phaſeolus fructu minimo, ſemine variegato. *Plum. ſpec.* 8.
Habitat in *Jamaica*.
Hoſpitatur in *Caldario*, fruteſcens.

CLITORIA.

1. CLITORIA foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 360. *Fl. zeyl.* 283.
Flos Clitoridis ternatenſibus. *Breyn. cent.* 76. *t.* 31.
Ternatea flore ſimplici cæruleo. *Tournef. act.* 1706. *p.* 84.
Phaſeolus indicus, glycyrrhizæ foliis, flore amplo cæruleo. *Comm. hort.* 1. *p.* 47. *t.* 24.

Habi-

Habitat in *Malabaria*, *Zeylona*, *Ternateis*.
Hoſpitatur in *Caldario*, vix florens, nobis annua †.

2. CLITORIA foliis ternatis, calycibus campanulatis.
Clitoria foliis ternatis. *Hort. cliff.* 361.
Phaſeolus floris vexillo ampliſſimo, ſiliquis rectis teretibus. *Plum. ſpec.* 8.
Planta leguminoſa braſiliana, phaſeoli facie, flore purpureo maximo *Breyn. cent.* 78. *t.* 32.
Habitat in ſaltibus & dumetis *Braſiliæ*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, non floruit, nobis annua †.

PISUM.

1. PISUM ſtipulis deorſum gibbis crenatis, petiolis teretibus, caule tereti, pedunculis multifloris.
Piſum ſtipulis crenatis. *Hort. cliff.* 369.
α. Piſum arvenſe, fructu viridi. *Tournef. inſt.* 394.
Piſum arvenſe. *Bauh. pin.* 342.
Piſum minus. *Dod. pempt.* 521.
Svecis Gråna årter.
β. Piſum hortenſe majus. *Bauh. pin.* 342.
Svecis Stora hvita årter.
γ. Piſum cortice eduli. *Tournef. inſt.* 394.
Piſum ſine cortice duriore. *Bauh. pin.* 343.
Svecis Socker-årter.
δ. Piſum umbellatum. *Bauh. pin.* 344.
Svecis Kron-årter.
ε. Piſum majus quadratum. *Bauh. pin.* 342.
Svecis Stora kantårter, Hollåndſka årter, Har årter.
ζ. Piſum humile, caule firmo. *Tournef. inſt.* 394.
Piſum nanum rotundum ſine adminiculis erectum. *Hort. pariſ.* 143.
Svecis Krypårter.
Habitat inter ſegetes *Europæ*.
Hoſpitatur ubique *ſub dio*, annua.

2. PISUM petiolis decurrentibus membranaceis diphyllis. *Hort. cliff.* 370.
Ochrus folio integro capreolos emittente. *Bauh. pin.* 343.
Ervilia ſylveſtris. *Dod. pempt.* 522.

Habitat inter ſegetes *Italiæ*, *Cretæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

LATHYRUS.

1. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovalibus, radice tuberoſa. *Hort. cliff.* 367.
Lathyrus arvenſis repens tuberoſus. *Bauh. pin.* 344.
Apios. *Fuchſ. hiſt.* 131.
Terræ glandes. *Dod. pempt.* 550.
Svecis Jordmös. *Belgis* Aardakers.
Habitat inter ſegetes *Geldriæ*, *Brabantiæ*, *Genevæ*, *Tatariæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, perennis.

2. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, radicibus etiam ſub terra fructificantibus. *Hort. cliff.* 367.
Lathyrus amphicarpos, ſupra & infra terram ſiliquas gerens. *Moriſ. hiſt.* 2 *p.* 51.
Viciæ ſimilis, ſupra & infra terram fructus gerens. *Bauh. pin.* 345.
Arachnidna vel potius Arachoides honorii belli, *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 323.
Arachydna luſitanica. *Pet. muſ.* 35.
Habitat in *Syria*, forte & in *Luſitania*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. *Leguminum figura valde accedit ad ſequentem & magnam indicat affinitatem.*

3. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, leguminibus ovatis compreſſis: dorſo bimarginatis. *Hort. cliff.* 367.
Lathyrus annuus, flore cæruleo, ochri ſiliqua. *Herm. lugdb.* 357.
Lathyrus anguſtifolius, ſiliqua alata, vexillo cæruleo, alis variegatis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 42.
Habitat in *Hiſpania*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. LATHYRUS pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, foliis ovato-oblongis, leguminibus hirſutis. *Hort. cliff.* 368.
α. Lathyrus ſiculus. *Rupp. jen.* 210.
Lathyrus diſtoplatyphyllos hirſutus mollis, magno &

& peramœno flore odoro. *Comm. hort.* 2. *p.* 159. *t.* 80.

β. Lathyrus zeylanicus, odorato flore amœne ex albo & rubro vario. *Burm. zeyl.* 138.

Habitat & in *Sicilia*, β in *Zeylona.*

Hoſpitatur in *ollis*, annua.

Obſ. *Hæc coronaria, ſvaveolens*; *in* β vexillum *rubrum*, alæ *albæ*, carina *alba apice rufeſcente.*

5. LATHYRUS pedunculis ſubunifloris, cirrhis polyphyllis: foliolis alternis. (*Hort. cliff.* 368.)

Lathyrus, anguſtiſſimo folio, americanus variegatus. *Baub. pin.* 344.

Lathyrus annuus, ſiliquis orobi. *Raj. hiſt.* 898.

Clymenum hiſpanicum, flore vario, ſiliqua articulata. *Tournef. inſt.* 396.

Habitat in *Bætica Hiſpaniæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. *E ſemine enaſcitur facie Ochri* petiolis *ſcilicet enſiformibus aphyllis decurrentibus baſi utrinque denticulatis, dein faciem mutat.* Legumina *ſeminibus protuberantibus quaſi articulata rhomboide impreſſa.*

6. LATHYRUS pedunculis bifloris, cirrhis polyphyllis, ſtipulis dentatis. *Hort. cliff.* 368.

Clymenum flore vario, ſiliqua plana. *Tournef. inſt.* 396.

Habitat in agro *Tingitato.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

7. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis; internodiis membranaceis. *Hort. cliff.* 367.

Lathyrus latifolius. *Baub. pin.* 344. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 51. *ſ.* 2. *t.* 2. *f.* 3.

Lathyrus major latifolius, flore majore purpureo, ſpecioſior. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 303.

Habitat *Monſpelii.*

Hoſpitatur *ſub dio* & in *Frigidario*, perennis.

Obſ. *Differt a* Lathyro *Fl. ſuec.* 598. *Folia enim ovato-lanceolata nec linearia.* Stipulæ *lineares utrinque mucronatæ ut in ſvecico.* Petioli *margine læves nec ita ſcabri.* Corollæ *ſaturatiſſime purpureæ nec luteo-purpuraſcentes.*

8. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, ſtipulis lunatis.

Habitat in *Sibiria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Obſ. *Accedit proxime ad* Lathyrum ultimum *Fl. ſvec. 600*, *ſed differt latitudine foliorum*, *ſtipularum*, *caulis altitudine*, *floribus denſioribus*, *cætera alibi.*

9. LATHYRUS cirrhis aphyllis. *Hort. cliff.* 367.
Lathyrus annus luteus, foliis convolvuli minoris. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 52. *ſ.* 2. *t.* 4. *f.* 7.
Vicia lutea, foliis convolvuli minoris. *Baub. pin.* 345.
Aphaca. *Lob. hiſt.* 518.
Habitat inter ſegetes *Angliæ*, *Galliæ*, *Italiæ*.
Hoſpitabatur *ſub dio*, annua †.

VICIA.

1. VICIA caule recto, petiolis abſque cirrhis. *Hort. cliff.* 369.
Faba. *Baub. pin.* 338.
Faba major ſ. Bona major. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 83. *ſ.* 2. *t.* 7. *f.* 1.
Bωna ſ. Phaſeolus. *Dod. pempt.* 513.
β. Faba flore ex purpura nigreſcente. *Tourneſ. inſt.* 391.
Svecis Bõnor.
γ. Faba minor ſ. equina. *Baub. pin.* 338.
Pharm. Fabæ Semina, *Farina*, *Cineres*, *Sal*, Flores, *Aqua*.
Svecis Hâſtbõnor.
Habitat - - - -
Hoſpitatur ubique *ſub dio*, annua.

2. VICIA leguminibus erectis ſubſeſſilibus, foliolis ſubovatis, ſtipulis dentatis.
Vicia petiolis tetraphyllis cirrhiferis. *Hort. cliff.* 369.
Vicia narbonenſis maxima, fructu rotundo atro, foliis ſerratis & integris. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 61. *ſ.* 2. *t.* 4. *f.* 3.
Vicia narbonenſis. *Riv. tetr.* 57.
Faba ſylveſtris, fructu rotundo atro. *Baub. pin.* 338.
Bωna ſilveſtris. *Dod. pempt.* 516.
Habitat in campeſtribus *Narbonæ*, *Aqvitaniæ*, *Angliæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

3. VICIA leguminibus erectis, petiolis polyphyllis, foliolis acumine emarginatis, ſtipulis dentatis. *Hort. cliff.* 368. *Fl. ſvec.* 601.

β. Vicia

β. Vicia vulgaris ſativa, ſemine nigro. *Bauh. pin.* 344.
Vicia vulgaris ſativa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 310.
Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. VICIA pedunculis ſubquinquefloris longitudine foliorum. *Hort. cliff.* 368.
Vicia benghalenſis hirſuta & incana, ſiliquis piſi. *Herm. lugdb.* 623. *t.* 625.
Habitat in *Benghala.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

5. VICIA pedunculis multifloris, foliolis ovatis: infimo pari caulino.
Vicia pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis cirrhoſis, foliolis ovatis: infimis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 369.
Piſum ſylveſtre perenne. *Bauh. pin.* 343.
Piſum ſylveſtre *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 129.
Cracca flore ochroleuco. *Riv. tetr.* 57.
Habitat in montibus ſylvoſis *Pannoniæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

6. VICIA pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis, foliolis ſublanceolatis glabris.
Vicia perennis maxima. *Kalm. act. ſtockh.* 1747. *p.* 64.
Vicia perennis multiflora, majori flore cæruleo ex albo mixto. *Magn. monſp.* 306.
Habitat forte in *Sibiria*, e ſeminibus certe ſiberiacis mixtis enata, biennis.
Deſc. Radix *fibroſa*; Caulis *primo anno non floret, ſed ſuperne perit; altero anno major enaſcitur ad humanam vel duplo, imo ſæpe & triplo humanam altitudinem, glaber, ſulcatus, angulatus.* Stipulæ *utrinque acutæ, raro uno alterove dente notatæ, pedicellatæ.* Petioli *canaliculati, angulati, ſulcato-ſtriati, in cirrhos deſinentes.* Foliola *11, 12, 13, lato-lanceolata, ad angulum acutum nervoſa, glabra, acuta, acumine reflexo, ſubpetiolata.* Pedunculi *ſolitarii, folio longiores, angulati, ſulcati, terminati* Racemo *ſimplici florum imbricatorum, nutantium, quorum baſis alba,* vexillum *cæruleum venis violaceis, magnitudine craccæ vulgaris, cætera alba.* Legumina *floribus pauciora, oblonga, compreſſa, utrinque mucronata, glabra, pendula. Adeoque accedit ad* vicias *603. 605. Floræ ſveciæ, ſed differtia 603.* Stipulis *non ſeſſilibus nec adeo crenatis; nec* odore *gaudet foetido, nec* foliolis *ovatis. a 605 vero quod non* villoſa, *quod* altior, *quod* petiolis ſulcatis *&c.* gaudeat.

7. VICIA pedunculis unifloris, foliolis integerrimis, ſtipulis alternis dentatis.

Lens

Lens monanthos. *Herm. lugdb.* 360.
Vicia pedunculis unifloris. *Kalm. act. ſtockh.* 1747. *p.* 60.
Habitat in *Aſia rhutenica.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. *Species diſſimillima.* Cicere 2:de ſ. Lente vulgari *duplo major.* cirrhis *ſcandens.* Foliola *obtuſiora.* Calyces *corollæ longe breviores.* Legumina *ſeminibus* 2 *vel* 3, *oblongiora*; Semina *compreſſa ſed non margine acuto* uti lentis, *alba.*

OROBUS.

1\. OROBUS foliolis conjugatis ſubſeſſilibus, ſtipulis dentatis.
Lathyroides erecta, folio ovato acuminato, cæruleis viciæ floribus & ſiliquis, ſibirica. *Amm. rhut.* 114. *n.* 151. *t.* 7. *f.* 2.
Habitat in pinetis *Nertſchienſibus & campis Argunienſibus Sibiriæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

LOTUS.

1\. LOTUS leguminibus ſolitariis membranaceo-quadrangularibus, foliolis floralibus ovatis.
Lotus leguminibus ſubſolitariis, angulis quatuor membranaceis. *Hort. cliff.* 372.
Lotus ruber, ſiliqua anguloſa. *Bauh. pin.* 332.
Lotus pulcerrima tetragonolobus. *Cam. hort.* 91. *t.* 26.
Lotus ſiliquoſus, rubello flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 244.
Habitat in collibus *Siciliæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2\. LOTUS leguminibus ſubquinatis arcuatis. *Hort. cliff.* 372.
Lotus ſiliquis ornithopodii. *Bauh. pin.* 332.
Lotus peculiaris, ſiliquis ornithopodii. *Cam. hort.* 91. *t* 25.
Habitat in *Sicilia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

3\. LOTUS caule erecto hirto, capitulis hirſutis, leguminibus ovatis.
Lotus caule fruticoſo, florum capitulis depreſſis, calycibus lanigeris. *Hort. cliff.* 372.
Lotus pentaphyllus ſiliquoſus villoſus. *Bauh. pin.* 332.
Lotus polykeratos fruteſcens incana alba, ſiliquis erectis

ctis craſſioribus & brevioribus rectis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 177. *ſ.* 2. *t.* 18. *f.* 14.

Habitat *Monſpelii*, *Romæ*, *Meſſanæ*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis †.

4. LOTUS caule erecto, capitulis ſubgloboſis, leguminibus rectis glabris.

Lotus caule fruticoſo, florum capitulis globoſis. *Hort. cliff.* 372.

Lotus ſiliquoſus glaber, flore rotundo. *Bauh. pin.* 332.

Lotus polykeratos fruteſcens hirſuta alba major latifolia, ſiliquis tenuibus curtis rectis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 177. *ſ.* 2. *t.* 18. *f.* 13.

Habitat in humidis *Monſpelii*, *Meſſanæ*, & *Tropiæ Calabriæ*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis.

ANTHYLLIS.

1. ANTHYLLIS herbacea, foliis quaterno-pinnatis, floribus lateralibus.

Anthyllis foliis quinato-pinnatis: foliolo terminatrice maximo. *Hort. cliff.* 371.

Lotus pentaphyllus veſicaria. *Bauh. pin.* 332.

Vulneraria pentaphyllos. *Tourneſ. inſt.* 391.

Trifolium halicacabum. *Cam. hort.* 171. *t.* 47.

Habitat in *Italia* & *Sicilia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, vix matureſcit, annnua †.
Obſ. Legumina *diſperma*, Folia *pinnata ex foliolis qvatuor, qvorum extremum majus, lateralia inferiora duo oppoſita; laterale vero inferius unicum eſt, ejusqve oppoſitum deeſt.*

2. ANTHYLLIS fruticoſa, foliis ternatis: intermedio productiore.

Barba jovis hiſpanica incana, flore luteo. *Tourn. inſt.* 651.

Cytiſus incanus, folio medio longiore. *Bauh. pin.* 390.

Cytiſus VI. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 96.

Habitat in *Hiſpania*, præſertim in regno *Valentino*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex.
Obſ. *Rami foliis denudati ſupra tegetes ſparguntur ab iis qvi* Bombyces *alunt, ut ſaturi Bombyces mori foliis, ſericea ſua ſtamina his ramis advolvant, quæ dein a pueris & mulierculis explicantur.*

3. ANTHYLLIS fruticoſa, foliis pinnatis: foliolis æqualibus. *Hort. cliff.* 371.

Barba jovis. *Bauh. pin.* 397.

Bar-

Barba jovis pulchre lucens. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 385.
Habitat in clivis maritimis *Helvetiæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex.

TRIFOLIUM.

1. TRIFOLIUM ſpicis ovatis, calycibus patulis: lacinia infima maxima, foliis petiolatis. *Hort. cliff.* 373.
   Trifolium clypeatum argenteum. *Alp. exot.* 307. *t.* 306. *bona.*
   Habitat in *Creta.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. TRIFOLIUM ſpicis villoſis conico-oblongis: denticulis calycinis ſetaceis ſubæqualibus, foliolis linearibus. *Hort. cliff.* 375.
   Trifolium montanum anguſtiſſimum ſpicatum. *Bauh. pin.* 328. *Segu. veron.* 102.
   Trifolium alopecurum latifolium, ſpica longa. *Barr. rar.* 72. *t.* 697.
   Habitat in montibus *Meſſanæ, Monſpelii, Veronæ.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, annua †.

3. TRIFOLIUM ſpicis oblongis villoſis obtuſis nudis, foliolis ſubrotundis. *Roy. lugdb.* 380.
   Trifolium albo-incarnatum ſpicatum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 376.
   Lagopus latifolius. *Riv. tetr.* 17.
   Lagopum maximum, folio & facie trifolii pratenſis. *Lob ic.* 39.
   Habitat in pratis *Genevæ.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. TRIFOLIUM capitulis villoſis, involucro terminali reflexo rigido capitulum involvente. *Hort. cliff.* 374.
   Trifolium pratenſe ſupinum cathobleps ſ. capite humi merſo. *Bar. rar.* 73. *t.* 881.
   Trifolium album tricoccum ſubterraneum gaſtonium reticulatum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 132. *ſ.* 2. *t.* 14. *f.* 5.
   Habitat in ericetis, humidis, ſterilibus, arenoſisque pratis *Monſpelii*, *Pariſiis*, *Lugduni Gallorum.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ.

Obſ. Planta *capitulum fructus intra terram condit abſoluta floreſcentia.* Pedunculus *capitulum profert erectum ex 5 floribus in umbellam; hi amiſſis corallulis reflectuntur ad pedunculum, cujus apex terebrat terram, ſed juxta hunc apicem 5. ſqvamæ emergunt, excreſcunt, reflectuntur, elongantur, involunt calyces in globum cancellatum.*

5. TRIFOLIUM capitulis dimidiatis, foliis qvinatis ſeſſilibus, leguminibus polyſpermis.
Lupinaſter. *Buxb. act.* 2. *p.* 345. *t.* 20.
Lupinaſter floribus purpureis, ſiliqvis minoribus. *Amm. ruth.* 107. *n.* 143.
β. Lupinaſter floribus albis, ſiliqvis minoribus. *Amm. rhut.* 109. *n.* 144.
Habitat in *Sibiria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

6. TRIFOLIUM fruticoſum hirſutum, ſpicis oblongis pedunculatis. *Gron. virg.* 173.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, ſed prima hyeme perit †.

7. TRIFOLIUM ſpicis ſubrotundis, leguminibus ſeminudis acuminatis, caule erecto. *Hort. cliff* 375.
Melilotus major odorata violacea. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 162. *ſ.* 2. *t.* 16. *f.* 10.
Lotus hortenſis odorata. *Bauh. pin.* 330.
Lotus ſylveſtris. *Cam. epit.* 724.
Habitat in *Bohemia*, *Lybia.*
Hoſpitatur in *ſub dio*, annua.

* TRIFOLIUM floribus racemoſis, leguminibus nudis diſpermis, caule erecto. *Hort. cliff.* 376. *Fl. ſuec.* 617.
β Melilotus italica. *Camm. hort.* 99. *t.* 29.
γ Melilatus officinarum germaniæ, flore albo. *Tournef. inſt.* 407.
Lotus ſylveſtris, flore albo. *Tabern. hiſt.* 893.
Pharm. MELILOTI ALBI Flores, Herba.
Svecis Amur.
Habitat in *Carelia*, *Germania*, *Gallia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis, cicur.

9. TRIFOLIUM floribus racemoſis, leguminibus nudis monoſpermis, caule erecto.
Trifolium erectum, caule teretiuſculo, pedunculis com-

compreſſo-angulatis, pericarpiis racemoſis rotundis rugoſis nudiuſculis monoſpermis. *Fl. Zey.* 552.

Melilotus lutea indiæ orientalis erecta, folliculis rotundis parvis, ſpica florum ex foliorum alis multiplici. *Pluk. alm.* 246. *t.* 45. *f.* 4.

β Melilotus indica humilis erecta, floribus exiguis odoratis albis, pericarpiis ſpicatim denſius ſtipatis. *Pluk. alm.* 247. *t.* 45. *f.* 5.

Habitat in *India* & *Africa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

CICER.

Obſ. Radix *perennis ſæpius*. Folia *cordata*, *Arctii*, *venoſa*, *ſubtus ſubtomentoſa*, *alba*, *denticulata*, *inerme ſpinuloſa*. Pedunculi *alati*, *inferne amplexicaules latiores*, *ſpinis pungentibus dentati*. Caulis *humanæ altitudinis*, *ſtriatus*, *cinereus ſtriis concavis purpureis*; *ſuperne paniculatus*. Flores *magni*, *nutantes*. Calyx *imbricatus*, *ſquamis reflexis infimis ſubulatis*, *ſummis membranaceo cochleatis*; *intermediis membranaceo cochleatis apice ſubulatis*. Floſculi *æquales lutei cum* ſtaminibus & piſtillo *longioribus*.

CYNARA.

1. CYNARA foliis pinnatis: laciniis ſerratis.

α. Cinara hortenſis aculeata. *Bauh. pin.* 383.
Scolymus dioſcoridis. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 153.
Svecis Kron-årtſkåckor.

β. Cinara ſpinoſa, cujus pediculi eſitantur. *Bauh. pin.* 383.
Scolymus aculeatus. *Tabern. hiſt.* 1075.
Gallis Chardon.

Habitat in lætis agris *Galliæ Narbonenſis*, *Italiæ*, *Siciliæ*.
Hoſpitatur *ſub dio* vel in *Frigidario*, perennis.

CARTHAMUS.

1. CARTHAMUS foliis ovatis integris ſerrato-aculeatis. *Hort. cliff.* 394.
Cnicus ſativus ſive Carthamus afficinarum. *Bauh. pin.* 378.
Cnicus vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 152.
Pharm. CARTAMI Flores, Semina.
Svecis Saffler.

Habitat in *Ægypto*, vix maturans Semina.
Hoſpitatur *ſub dio*, absque potu, annua.

2. CARTHAMUS caule piloſo ſuperne lanato, foliis inferioribus pinnatifidis: ſummis amplexicaulibus dentatis.
Carthamus foliis amplexicaulibus acuminato-dentatis. *Hort. cliff.* 394.

Atrac-

Atractylis lutea. *Bauh. pin.* 379.
Atractylis theophraſti & dioſcoridis, ſucco ſangvineo. *Colum. ecphr.* 1. *p.* 19. *t.* 23.
Atractylis. *Dod. pempt.* 736.
Habitat in *Narbona*, *Italia*, *Creta*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, florens, ſed ſemina non perficiens.

CARLINA.

1. CARLINA caule unifloro. *Hort. cliff.* 395.
Carlina acaulos, magno flore albo. *Bauh. pin.* 380.
Chamæleon albus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 155. *Cam. epit.* 428.
Pharm. CARLINÆ Radix.
Habitat in montoſis *Italiæ*, *Germaniæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, rarius & in *Frigidario*.
Obſ. *Si planta in* olla *confertim ſervetur caulis ſit pedalis, at in aprico vix manifeſtus.*

SANTOLINA.

1. SANTOLINA foliis quadrifariam dentatis, pedunculis unifloris. *Hort. cliff.* 397.
Abrotanum fæmina vulgare. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 341.
Abrotanum fæmina, foliis teretibus. *Bauh. pin.* 136.
ChamæCypariſſus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 133.
Pharm. SANTOLINÆ Herba.
Habitat in ſalebroſis *Galliæ Narbonenſis*, *Hiſpaniæ*, *Hetruriæ*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, fruticulus.

2. SANTOLINA corymbo ſimplici, foliis trifidis. *Hort. cliff.* 397.
Coma aurea africana fruticans, foliis crithmi marini. *Comm. hort.* 2. *p.* 99. *t.* 50.
Jacobæa æthiopica, foliis abrotani trifidis, ſummo caule capitulis parvis glomeratis. *Pluk. alm.* 194. *t.* 302. *f.* 7.
Habitat ad *Caput bonæ ſpei*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis.

CHRYSOCOMA.

1. CHRYSOCOMA fruticoſa, foliis linearibus dorſo decurrentibus. *Hort. cliff.* 397.
Coma aurea africana fruticans, foliis linariæ anguſtis, major. *Comm. hort.* 2. *p.* 89. *t.* 45.

Cony-

Conyza æthiopica, flore bullato aureo, pinaſtri brevioribus foliis læte viridibus. *Pluk. alm*, 400, *t.* 327. *f.* 2.

Habitat ad *Caput bonæ ſpei.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, ſuffrutex.

AGERATUM.

1. AGERATUM. *Hort. cliff.* 396.

Carelia americana, lamii folio. *Pont. diſſ.* 184.

Eupatorium humile africanum, ſenecionis facie, folio lamii. *Herm. parad.* 161. *t.* 161.

Conyza americana, lamii folio, flore albo. *Tournef. inſt.* 455.

Habitat in *America.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua, cicur.

EUPATORIUM.

1. EUPATORIUM caule volubili, foliis cordatis dentatis acutis *Hort. cliff.* 396. *Gron. virg.* 93.

Eupatorium americanum ſcandens, haſtato magis acuminato folio. *Vaill. act.* 1719. *p.* 401.

Clematitis novum genus, cucumeris folio, virginianum. *Pluk. alm.* 109. *t.* 163. *f.* 3.

Habitat in aquoſis *Virginiæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, perennis.
Obſ. *Floſculi huic 4 intra calycem communem.*

2. EUPATORIUM foliis lanceolatis nervoſis: inferioribus extimo ſubſerratis, cauſe ſuffruticoſo.

Eupatorium virginianum, longiſſimis & anguſtiſſimis foliis. *Moriſ hiſt.* 3. *p.* 97. *Raj. ſuppl.* 187.

Habitat in *Penſylvania*, Paſtor Dylander miſit.
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, perennis.
Deſc. Radix *perennis.* Caules *erecti humanæ altitudinis, ſublignoſi (ſed pereunt quotannis), teretes, purpuraſcentes.* Folia *lanceolata, internodiis triplo longiora, ſubtus venoſa, trinervia, verſus apicem ſubdentata.* Corymbus *florum albus ſolis* antheris *fuſco purpuraſcentibus. In hac ſpecie* floſculi *in ſingulo flore 5, ut in* Eupatorio *Flor. ſvec.* 65, *non corollis in incarnatis uti in ſvecica, ſed albis,* antheris *ſubviolaceis.*

3. EUPATORIUM foliis connatis tomentoſis. *Hort. cliff.* 396. *Gron. virg.* 177.

Eupatorium virginianum, ſalviæ foliis longiſſimis acuminatis, perfoliatum. *Pluk. alm.* 140. *t.* 87. *f.* 6. *bona.*

Eupa-

Eupatorium virginianum, mucronatis rugoſis & longiſſimis foliis, perfoliatum. *Moriſ. hiſt. 3. p. 97.*
Habitat in *Virginiæ* aquoſis.
Hoſpitatur in *Frigidario*, & *ſub dio.*
Obſ. Floſculi *in ſingulo flore 15 ſæpius, albi antheris purpuraſcentibus.*

4. EUPATORIUM foliis ſeſſilibus amplexicaulibus diſtinctis lanceolatis.
Eupatorium virginianum, flore albo, folio menthæ anguſtioribus ſeſſilibus minutim dentatis. *Moriſ. hiſt. 3. p. 98. n. 13. Raj. ſuppl.* 188.
Habitat in *Virginia. Clayt.* 820.
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario.*
Obſc. Floſculi in *ſingulo flore 5, albi antheris ſubviolaceis.*

5. EUPATORIUM foliis ovatis ſerratis petiolatis, caule glabro.
Eupatorium caule erecto, foliis cordatis ſerratis. *Hort. cliff.* 396. *Gron. virg.* 93.
Eupatorium ſcrophulariæ foliis glabris, flore albo. *Moriſ. hiſt. 3. p 98. ſ. 7. t. 18. f.* 11.
Valeriana urticæ folio, flore albo. *Corn. canad.* 20. *t.* 21.
Habitat in *Canada, Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, in *Frigidario.*
Obſ. Floſculi *albi una cum antheris, numero viginti.*

K L E I N I A.

1. KLEINIA caule herbaceo, foliis haſtato-ſagittatis denticulatis, petiolis ſuperne dilatatis.
Porophyllum foliis deltoidibus angulatis. *Gron. virg.* 94.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur in *Frigidario* & *Tepidario*, perennis.
Deſc. Radix *perennis.* Caulis *humanæ altitudinis, ſtriatus, annuus, ſimpliciſſimus.* Folia *ſagittata, interdum parum haſtata, longa, glabra, venoſa, margine denticulata ſeu ſerrata, petiolis ſuperne latiora ſeu folia per petiolos decurrentia, ſubtus glabra, non glauca.* Corymbus *ramos terminans floribus albis. Ex America plantam habemus, cujus* folia *in petiolum deſinunt magis haſtata. Planta ſicca ſuaviſſime olet. In hac ſpecie* Calyx *cingitur involucro ſeu foliolis 4, 5, vel 6 linearibus, patulis.* Corollulæ *niveæ*, antheræ *flavæ, Styli bifidi, incarnati, obtuſi, canalicaluti.*

T A N A C E T U M.

*. TANACETUM foliis pinnatis: foliolis pinnatifidis inciſis ſerratis. *Hort. cliff.* 398. *Fl. ſvec.* 666.
β. Tanacetum foliis criſpis. *Bauh. pin.* 132.
Tanacetum criſpum. *Dod. pempt.* 36.

Pharm.

Pharm. TANACETI Herba, *Aqua*, Oleum.

γ. Tanacetum foliis vulgaris Tanaceti minoribus & tenuioribus, grati odoris. *Amm. rhut.* 147. *p.* 205.

Habitat in *Europa* et in *Sibiria*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

2. TANACETUM foliis ovatis integris ſerratis. *Hort. cliff.* 398.

Mentha hortenſis corymbifera. *Bauh. pin.* 226.
Balſamita major. *Dod. pempt.* 295.
Pharm. BALSAMITÆ Herba.
Svecis Svånſk Salvia.

Habitat in ſqualidis *Narbonæ* & *Hetruriæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

BIDENS.

1. BIDENS corona ſeminum retrorſum aculeata, ſeminibus undique patentibus. *Hort. cliff.* 399.

Bidens latifolia hirſutior, ſemine anguſtiore radiato. *Dill. elth.* 51. *t.* 3. *f.* 51.

Habitat in *America*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, & *Caldario*, annua.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

XERANTHEMUM.

1. XERANTHEMUM receptaculis paleaceis ſeminum pappo quinque-ſeto. *Hort. cliff.* 400.

Jacea oleæ folio, capitulis ſimplicibus. *Bauh. pin.* 272.
Ptarmica auſtriaca. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 11.

Habitat in campis aridis marginibusque agrorum *Wiennæ*, *Florentii*, *Monſpelii*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

GNAPHALIUM.

1. GNAPHALIUM foliis lineari-lanceolatis acuminatis alternis, caule ſuperne ramoſo, corymbis faſtigiatis. *Hort. cliff.* 401.

Gnaphalium latifolium americanum. *Bauh. pin.* 263.
Gnaphalium americanum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 327.

Svecis

Svecis Pårlegrås.
Habitat in *America* ſeptentrionali.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

2. GNAPHALIUM foliis amplexicaulibus integerrimis acutis ſubtus tomentoſis, caule ramoſo. *Hort. cliff.* 402.
Elichryſum africanum latifolium fœtidum, capitulo argenteo. *Comm. hort.* 2. *p.* 111. *t* 56.
Conyza africana graveolens, capitulis argenteis. *Pluk. alm* 117. *t.* 243. *f.* 1.
Habitat in *Æthiopia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis.

3. GNAPHALIUM foliis confertis anguſto lanceolatis, caule fruticoſo, corymbo compoſito *Hort. cliff.* 402.
Elichryſum orientale. *Bauh. pin.* 264. *prodr.* 123.
Elichryſum africanum fruteſcens, anguſtis & longioribus foliis incanis. *Comm. hort.* 2. *p.* 109. *t.* 55.
Habitat in *Africa.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

4. GNAPHALIUM foliis linearibus, caule fruticoſo ramoſo, corymbo compoſito terminali. *Hort. cliff.* 401.
Elichryſum ſylveſtre anguſtifolium, capitulis conglobatis. *Bauh. pin.* 264.
Stœchas citrina. *Dod. pempt.* 268. *Dalech. hiſt.* 779.
Habitat in *Gallia Narbonenſi*, *Hiſpania* & *Tunis.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, ſuffrutex.

ARTHEMISIA.

1. ARTEMISIA foliis lanceolato linearibus alternis integerrimis. *Hort. cliff.* 403.
Abſinthium edule, lini folio viridi. *Vaill. act.* 1719. *p.* 374.
Abrotanum lini folio acriori & odorato. *Tournef. inſt.* 459.
Dracunculus hortenſis. *Bauh. pin.* 98.
Draco herba. *Dod. pempt.* 709.
Svecis Dragon.
Habitat in *Tataria* & *Sibiria*, Adielez & deſerta *Coſacorum* & *Donnenſium.*
Hoſpitatur *ſub dio*, locis ſucculentis, perennis.

2. ARTE-

2. ARTEMISIA foliis ramoſiſſimis ſetaceis, caule erecto. *Hort. cliff.* 403.
Abrotanum mas anguſtifolium majus. *Bauh. pin.* 136.
Abrotanum mas. *Dod. pempt.* 21.
Pharm. ABROTANI Herba, *Aqua*, *Cineres.*
Svecis Abrodd.
Habitat in montibus apricis *Capppadociæ*, *Syriæ*, *Galatiæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, ſuffrutex.

3. ARTEMISIA foliis compoſitis multifidis (ſubtus tomentoſis), floribus ſubrotundis nutantibus: receptaculo nudo. *Hort. cliff.* 404.
Abſinthium ponticum tenuifolium incanum. *Bauh. pin.* 138.
Abſinthium tenuifolium. *Dod. pempt.* 24.
Pharm. ABSINTHII PONTICI Herba, *Conſerva.*
Svecis Romerſk malört.
Habitat in incultis *Thraciæ*, *Myſiæ*, *Pannoniæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, ſemina non maturans, perennis.

4. ARTEMISIA foliis triplicato pinnatis utrinque glabris, floribus ſubrotundis nutantibus: receptaculo glabro conico.
Abſinthium, tanaceti folio, odoratiſſimum. *Amm. rhut.* 142. *n* 193 *t.* 23 *mala.*
Habitat in montoſis *Sibiriæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, humanæ altitudinis, odore fragrantiſſimo ſuavi.

CONYZA.

1. CONYZA foliis lanceolatis acutis, caule annuo corymboſo. *Hort. cliff.* 404.
Conyza major vulgaris. *Bauh. pin.* 265.
Conyza. *Cam. epit.* 612.
Baccharis monſpelienſium. *Dalech. hiſt.* 917.
Habitat in *Angliæ*, *Germaniæ*, *Belgii*, *Galliæ* ſiccis.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Deſc. Radix *biennis.* Caules *pedales erecti*, ſuperne paniculati, *purpuraſcentes villo albo.* Folia *ovato oblonga*, *in petiolos deſinentia*, *rugoſa*, *ſerrata*, *patentia*, *recurva.* Rami *recti*; flores terminales, recti, calyce ſquarroſo.

CARPESIUM.

1. CARPESIUM. *Act. upſ.* 1741. *p.* 81.
Conyzoides flore flaveſcente cernuo. *Tournef. act.* 1706.

Aſter cernuus. *Col. ecphr.* 1. *p.* 251. *t.* 252. *Raj. hiſt.* 338.

Aſter atticus, foliis circa florem mollibus. *Bauh. pin.* 266.

Chryſanthemum aſteris facie, foliis circa florem mollibus. *Herm. lugdb.* 144.

Chryſanthemum conyzoides cernuum, foliis circa florem mollibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 18. *ſ.* 6. *t.* 5. *f.* 26.

Habitat in *Italia.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

Obſ. Pedunculi *apice incraſſati ; flos ante floreſcentiam inflexus cum rigiditate, calycis folia reflexa.*

E R I G E R O N.

1. ERIGERON floribus panniculatis. *Hort. cliff.* 407. *Gron. virg.* 96.

Conyzella. *Dill. gen.* 142. *giſſ.* 160.

Conyza canadenſis annua acris alba, linariæ folio. *Bocc. ſicc.* 85. *t.* 46.

Conyza annua acris alba elatior, linariæ foliis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 115. *ſ.* 11. *t.* 20. *f.* 29.

Virga aurea virginiana annua. *Zan. hiſt.* 205. *Tourneſ. inſt.* 484.

Habitat in *Canada*, *Virginia.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur luxurians.

2. ERIGERON pedunculis unifloris lateralibus, calycibus ſquarroſis.

Aſter foliis ſerratis, pedunculis ſimplicibus lateralibus unifloris longitudine folii, folioſis. *Hort. cliff.* 409.

Virga aurea major (& minor) foliis glutinoſis & graveolentibus. *Tourneſ. inſt.* 484. *Vaill. act.* 1720. *p.* 398.

Conyza mas theophraſti, major dioſcoridis. *Bauh. pin.* 265.

Conyza major. *Dod. pempt.* 51.

Habitat ad vias & agros *Italiæ*, *Hiſpaniæ*, *Narbonæ.*

Hoſpitatur in *Tepidario*, biennis.

Obſ. Corollæ *primum luteæ, dein purpuraſcentes*, calyces *oblongi ſunt.*

3. ERIGERON foliis inferioribus dentato-laciniatis, ſuperioribus integris. *Hort. cliff.* 407.

Senecio bonarienſis purpuraſcens, foliis imis coronopi. *Dill. elth.* 344. *t.* 257. *f.* 334.

Habi-

Tusſilago

Tab III.



p. 259.

Habitat in *America*.
Hoſpitatur ubique, nimis ſeſe multiplicans, annua.

4. ERIGERON foliis lanceolato ovatis villoſis ſerraturis apice cartilagineis.

Baccharis foliis ovato-lanceolatis ſerratis, caule herbaceo. *Gron. virg.* 96.

Habitat in *Virginia*.
Hoſpitatur in *Caldario*, & *Tepidario*, annua.
Obſ. *Herba odore camphorato ſuaveolens.*

TUSSILAGO.

1. TUSSILAGO ſcapo unifloro, calyce clauſo. *Tab.*

Anandria. *Turſen. anand.* 14. *t.* 1.

Habitat in ſucculentis umbroſis *Sibiriæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. Deſcriptionem *dedi in diſſ. acad.* de Anandria. *Upſal.* 1745. 4to, *cum figura*; Planta *ſub dio profert* caulem *fere pedalem, capitulo ſive* Calyce *globoſo clauſo*, *uti Ficus, in cujus fundo* floſculi *latitant, nec unquam expanditur* Calyx, *quemadmodum in plantæ figura majore videre eſt. At eadem planta loco* aprico *ſicciori vel in olla aſſervata longe minor evadit, ſed* Folia *promit ſubtus magis tomentoſa & verſus petiolum parum lyrata, tum etiam* ſcapum *minorem exſerit, vix digiti longitudinem excedentem, plane nudum, cum* Calyce *cylindrico: ſquamis lanceolatis, ſubcarinatis, apice purpureis, cujus* Corolla *eſt expanſa facie Bellidis, e*x Radio *longitudine calycis albo*: floſculis Femineis *linearibus trifidis vel ſæpe quadripartitis ad baſin, laciniis linearibus æqualibus*, ſtigmate *ſimplici.* Diſcus *parvus ex corollulis campanulatis albis quinquefidis acutis recurvis.* Antheræ *albido flaveſcentes breviſſimæ.* Stylus *flore longiur: ſtigmate obtuſo bifido uti in figura minore delineatur, qualem plantam etiam inter ſiccas e Sibiria allatas a Clariſſ. D. Gmelino vidi.*

SOLIDAGO.

1. SOLIDAGO paniculato-corymboſa, racemis reflexis, floribus confertis adſcendentibus. (*Hort. cliff.* 409. *Gron. virg.* 97.) foliis trinerviis ſubſerrato ſcabris.

Virga aurea anguſtifolia, panicula ſpecioſa, canadenſis. *Pluk. alm.* 387. *t.* 235. *f.* 2.

Habitat in *Virginia*, *Canada*.
Hoſpitatur *ſub dio*, omnes hyemes ſpernens, perennis.

2. SOLIDAGO paniculato-corymboſa, racemis reflexis, floribus adſcendentibus, foliis enerviis integerrimis.

Virga aurea altiſſima ſerotina, panicula ſpecioſa patula. *Martyn. hiſt.* 14. *t.* 14.

Habitat in *Malandia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. *Præcedenti valde affinis a qua differt:* 1. Foliis *craſſioribus, margine vix vel parum ſcabris, ſuperficie vix manifeſte* trinervi. 2. Caule *duplo altiore, ſeu quadrupedali.* 3. Tempore *florendi ſeriore, ſcilicet octobri.*

SENECIO.

1. SENECIO corollis radiantibus, floribus corymboſis, foliis lanceolatis ſerratis glabriuſculis.

Senecio foliis lanceolatis ſerratis, floralibus pedunculos æquantibus. *Vir. cliff.* 84. *Roy. lugdb.* 163.

Solidago caule ſimplici, corymbo terminatrici, pedunculis partialibus alternis nudis longitudine folii. *Hort. cliff.* 410.

Solidago ſaracenica. *Fuchſ. hiſt.* 728.

Virga aurea anguſtifolia ſerrata. *Bauh. pin.* 268.

Conſolida aurea. *Tabern. hiſt.* 946.

Habitat in ſylvis montanis *Helvetiæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, luxurians, perennis.

2. SENECIO corollis radiantibus, foliis pinnatifidis æqualibus patentiſſimis rachi inferne anguſtata. *Hort. cliff.* 406.

Jacobæa africana fruteſcens, flore amplo purpureo elegantiſſimo, ſenecionis folio. *Volk. norib.* 225. *t.* 225.

Aſter africanus fruteſcens, foliis ſenecionis craſſioribus. *Comm. hort.* 2. *p.* 61. *t.* 31.

Habitat ad *Caput bonæ ſpei.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, & *Caldario*, raro ſemina maturans, annua apud nos.

3. SENECIO corollis radiantibus planis calyce longioribus integris, foliis pinnatifidis: laciniis lanceolatis diſtantibus.

Jacobæa laciniatis foliis, tanaceti odore. *Dill. m ſ. ſ.*

Habitat in auſtralibus *Europæ*?
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. SENECIO corollis revolutis, foliis amplexicaulibus

bus apice trilobis, ſquamis calycinis ſphacelatis laceris.

Jacobæa hiſpanica, ſenecionis folio, flore amplo. *Juſſ. m. ſ. ſ.*

Habitat in *Hiſpania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſc. Radix *fibroſa.* Caulis *ſpithamæus*, *erectus*, *craſſus firmus angulatus*, *villoſus.* Folia *amplexicauli-oblonga craſſa inciſo-ſerrata apice triloba*, *ſubvilloſa.* Rami *ex ſummis alis parvi.* Corymbi *arcti terminant* caulem ramosque. Calycis *foliola apice nigra*, *& ejus ſquamæ ad baſin breviſſimæ laceræ apicibus nigris*, *hinc quaſi nigro ciliatæ.* Calyces *craſſi breves ovati.* Pedunculi *lanati.*

5. SENECIO corollis revolutis, foliis ſeſſilibus ſinuatis, calycibus conicis: ſquamis minimis intactis.

Jacobæa ægyptiaca, ſenecionis folio, ſemifloſculis vix conſpicuis. *Vaill. act.* 1720. *p.* 298.

Habitat in *Ægypto.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. Facies *Senecionis vulgaris. Fl. ſvec.* 690. *ſed folia minus diviſa.* Pedunculi *longi nudi trifidi unica vel altera tantum ſquama notati.* Calyces *conici ſtriati non ſphacelati*; *baſi ſubtus ſquamis aliquot non ſphacelatis.*

6. SENECIO corollis revolutis, foliis amplexicaulibus ſinuatis, ſquamis calycinis brevibus integris ſphacelatis

Jacobæa ægyptiaca, ſenecionis folio, flore minore. *Vaill. act.* 1720. *p.* 298.

Habitat in *Ægypto*,
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. Facies *ſenecionis vulgaris Fl. ſvec.* 690, *ſed folia minus diviſa.* Pedunculi *nudi biflori ſquama una alterave notati.* Calycis *folia apice ſphacelata*, *& ſquamæ baſin cingentes ſimpliciſſimæ ſphacelatæ.*

7. SENECIO corollis revolutis, foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis, ſquamis calycinis breviſſimis intactis.

Iacobæa hiſpanica minor, petalis breviſſimis. *Dill. m. ſ. ſ.*

Habitat in *Hiſpania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, annua.
Obſ. *Variat ſæpe foliis ſubtus incarnato-glaucis.* Folia *cordato-lanceolata.* Calyces *apice colorati*, *ſed ſquamæ baſin cingentes ſetaceæ non ſphacelatæ ſunt.* Calyx *pulchre ſtriatus*, *& parum viſcidus*, *non vero reliqua plantæ pars.*

8. SENECIO corollis nudis, foliis amplexicaulibus laceris, caule herbaceo erecto.

Senecio foliis lanceolatis amplexicaulibus lævibus acute

te ſinuatis denticulatis, caule herbaceo. *Hort. cliff.* 406.

Senecio americanus altiſſimus, blattariæ vel hieracii folio. *Pluk. alm.* 343. *t.* 226. *f.* 2.

Senecio africanus altiſſimus, blattariæ vel hieracii folio. *Herm. parad.* 226. *t.* 226.

Habitat in *America* ſeptentrionali.

Hoſpitatur in *ollis*, annua †.

ASTER.

1. ASTER foliis lanceolatis: lateribus inferiorum crenatis, radice annua, caule corymboſo, pedunculis nudis. *Hort. cliff.* 409.

Aſter annuus ramoſus albus latifolius canadenſis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 122.

Bellis ramoſa umbellifera. *Corn. canad.* 193. *t.* 194.

Habitat in *Canada.*

Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, annua.

Obſ. Radix *annua.* Caulis *angulatus*, *piloſo-ſcaber*, *ſuperne corymboſus*; Calyces *hæmiſphærici cum diſco globoſi pilloſi*, *nec calycis ſquamæ patentes ſunt.*

2. ASTER foliis lanceolato-linearibus medio ſerratis, pedunculis folioſis, caule racemoſo, radice perenni. *Hort. cliff.* 408.

Aſter ſerotinus procerior ramoſus, bellidis ſylveſtris flore. *Tournef. inſt.* 482.

Aſter virginianus ramoſiſſimus ſerotinus, parvis floribus albis tradeſcanti. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 121.

Habitat in *Virginia.*

Hoſpitatur *ſub dio*, luxuriat, non ſemina perficit, perennis.

Obſ. Radix *vivax.* Caulis *lævis.* Folia *lanceolata*, *lævia*, *pleraque integerrima.*

3. ASTER foliis lanceolatis ſubſerratis ſeſſilibus, caule paniculato, ramulis unifloris ſolitariis. *Hort. cliff.* 408.

Aſter novæ belgiæ latifolius umbellatus, floribus dilute violaceis. *Herm. lugdb.* 66. *t.* 67.

Habitat in *Penſylvania*, *Virginia.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Deſc. Radix *vivax.* Caulis *teres breviſſimus.* Folia *lanceolata ſeſſilia acuminata*, *acute ſerrata ſed ſerraturis raris.* Flores *paniculati*, *floribus ſolitariis*, *pedunculis foliolis linearibus adſperſis.*

4. ASTER foliis ovatis angulatis dentatis petiolatis, calyce terminali folioſo patente.

Aſter,

Aſter, chenopodii folio, annus, flore ingenti ſpecioſo. *Dill elth.* 38. *t.* 34. *f.* 38.

Habitat forte in *China.*

Hoſpitatur in *Caldario*, annua. varians radio albo & violaceo.

Obſerva in Flora ſvecica plantas 694, 695, 696 *eſſe genuinas ſpecies* INULÆ, *nec Aſteris, cum in illis antheræ non modo non caudatæ ſunt, ſed & corollulæ infundibuliformes, nec ut in Aſteribus campanulatæ.*

CHRYSANTHEMUM.

1. CHRYSANTHEMUM foliis pinnatifidis inciſis extrorſum latioribus. *Hort. cliff.* 416.

Chryſanthemum foliis matricariæ. *Bauh. pin.* 134.

Chryſanthemum creticum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 334.

β. Chryſanthemum creticum, flore polypetalo ſive pleno. *Tournef. inſt.* 491.

γ. Chryſanthemum flore partim candido partim luteo. *Bauh. pin.* 134.

Habitat in *Creta, Sicilia.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

MATRICARIA.

1. MATRICARIA foliis compoſitis planis, foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis. *Hort. cliff.* 416.

Matricaria vulgaris ſive ſativa. *Bauh. pin.* 133.

Matricaria. *Dod. pempt.* 35.

β. Matricaria vulgaris & ſativa, florum petalis fiſtuloſis brevioribus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 110.

Matricaria foliis florum fiſtuloſis. *Tournef. inſt.* 493.

Pharm. MATRICARIÆ Herba, ∇, ℴ°ℴ; Flores.

Svecis Matram.

Habitat in ruderatis ſepibus & agris *Europæ* auſtralioris.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua cicur.

Obſ. In *hac ſpecie obſervatur floris* plenitudo *corollulis albis fiſtuloſis elongatis, ut in Tagete & Bellide. Datur & varietas ſimplex radio omni deſtituta.*

BUPHTHALMUM.

1. BUPHTHALMUM caulibus ſimpliciſſimis unifloris, foliis pinnato-multifidis. *Hort. cliff.* 414.

Buphthalmum creticum, cotulæ facie, flore luteo & albo. *Breyn. cent.* 150. *t.* 75.

Chamæmelum ſpecioſo flore, radice longa fervida. *Shaw. afric.* 138.

Pyretrum flore bellidis. *Bauh. pin.* 148.
Pyretrum officinarum. Salivaris. *Lob. ic.* 774.
Pharm. PYRETRI VERI Radix, *Condita.*
Habitat in *Arabia*, *Syria*, *Creta*, *Aprutio*, *Jenæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, perennis.

2. BUPHTHALMUM caule decompoſito, calycibus ramiferis. *Hort. cliff.* 413. *t.* 24.
Aſtericus annuus trianthophorus, Craſſas arabibus dictus. *Shaw. afric.* 58. *t.* 36. *f.* 58.
Habitat in *Arabia.*
Hoſpitatur in *Vaporario*, non ſemper ſemina perficiens, annua.

3. BUPHTHALMUM foliis lanceolatis ſubdenticulatis glabris, calycibus nudis. *Hort. cliff.* 415. *n.* 7.
Aſteroides alpina, ſalicis folio. *Tournef. cor.* 4.
Aſter luteus anguſtifolius. *Bauh. pin.* 266.
Habitat in variis Alpibus *Auſtriæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

4. BUPHTHALMUM calycibus obtuſe folioſis ſeſſilibus in alis ramorum, foliis oblongis obtuſis. *Hort. cliff.* 414. *n.* 8.
Aſteriſcus aquaticus annuus patulus. *Tournef. inſt.* 498.
Chryſanthemum conyzoides luſitanicum. *Breyn. cent.* 157. *t.* 77.
Habitat in *Luſitania*, *Creta.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

5. BUPHTHALMUM calycibus obtuſe folioſis pedunculatis, ramis alternis, foliis cuneiformibus concavis. *Hort. cliff.* 414. *n.* 9.
Aſteriſcus maritimus perennis patulus. *Tournef. inſt.* 498.
Aſter ſupinus lignoſus ſiculus, conyzæ odore. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 161. *t.* 129.
Habitat in *Sicilia.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis.
Obſ. Folia *radicalia magna, ramoſa, obverſe-ovata, craſſa obtuſa concava, reſpectu caulis maxima.*

6. BUPHTHALMUM calycibus folioſis, foliis lanceolato-ovatis ſerratis trinerviis; baſi hinc anguſtioribus.
Helianthus foliis ovatis acuminatis ſerratis, pedunculis longiſſimis. *Gron. virg.* 179.
Chryſanthemum, ſcrophulariæ folio, americanum. *Pluk. alm.* 99. *t.* 22. *f.* 1.

Chry-

Chryſanthemum canadenſe elatius, virgæ aureæ vel ſcrophulariæ foliis. *Tournef. ſchol.* 199.

Corona ſolis altiſſima, virgæ aureæ foliis. *Tournef. inſt.* 490.

Chryſanthemum virginianum, foliis glabris ſcrophulariæ vulgaris æmulis. *Moriſ hiſt.* 3. *p.* 24. *n.* 73. *Raj. ſuppl.* 211.

Habitat in *Virginia, Canada.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Obſ. Radix *vivax*. Caulis *teres, 4 à 5 pedum erectus lævis, ad genicula latior.* Folia *ovata acuminata trinervia lævia, convexa venoſa, ſerrata petiolata, oppoſita, baſi per petiolum proprium decurrentia ſed altero latere minus.* Rami *ex alis oppoſiti, inter quos pedunculus longus lævis uniflorus.* Calyx *ſquamis foliolis obtuſis.* Radius *floris latus apice obtuſe tridentatus hermaphroditus.*

A C H I L L E A.

*. ACHILLEA foliis acutis integris minutiſſime ſerratis. *Hort. cliff.* 412. *Flor. ſvec.* 706.

β. Dracunculus pratenſis, flore pleno. *Bauh. pin.* 98.

Ptarmica vulgaris, pleno flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 12.

Svecis Pytter.

Habitat in *Europa.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

2. ACHILLEA foliis lanceolatis obtuſis acute ſerratis. *Hort. cliff.* 413.

Ageratum foliis ſerratis. *Bauh. pin.* 221.

Ageratum ſeptentrionalium. *Lob. ic.* 489.

Pharm. AGERATI Herba.

Habitat circa *Monſpelium, Florentiam, Liburnum.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

3. ACHILLEA foliis linearibus pinnatifidis pubeſcentibus: foliolis tripartitis transverſalibus media longiore. *Hort. cliff.* 413.

Millefolium tomentoſum luteum. *Bauh. pin.* 140.

Stratiotes millefolia, flavo flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 330.

Habitat in *Gallia Narbonenſi* & Tataria orenburgenſi, inſulaque Wolgæ.

Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario* perennis.

B E L L I S.

*. BELLIS ſcapo nudo unifloro. *Hort. cliff.* 418. *Fl. ſvec.* 707.

β. Bellis hortenſis, flore pleno eoque magno vel parvo. *Bauh. pin.* 261.

Bellis hortenſis, multiplici flore ſeu Bellides Conſolidæ minores & mediæ, tragi Primula veris. *Lob. ic.* 476.

γ. Bellis hortenſis rubra, flore multiplici fiſtuloſo. *Tournef. inſt.* 491.

Svecis Tuſend-ſkiön.

Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, in & *Frigidario*, frutex.

COTULA.

1. COTULA receptaculis fructificationum ſubtus inflatis turbinatis. *Hort. cliff.* 417.

Cotula africana, calyce eleganti cæſio. *Tournef. inſt.* 495.

Chamæmelum æthiopicum lanuginoſum. *Breyn. cent.* 148. *t.* 73.

Habitat in *Æthiopia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. COTULA foliis lanceolato linearibus pinnatifidis amplexicaulibus. *Moehr. E. N. C.* 1742. *vol.* 6. *p.* 298.

Ananthocyclus coronopi folio. *Dill elth.* 27. *t.* 23. *f.* 26.

Chryſanthemum exoticum minus, capite aphyllo, chamæmeli nudi facie. *Breyn. cent.* 156. *t.* 76.

Habitat in *Æthiopia*, nunc in *Friſia*, ubi aquæ per hyemem ſtagnarunt.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

HELENIA.

1. HELENIA foliis decurrentibus. *Hort. cliff.* 418. *Gron. virg.* 101.

Heleniaſtrum folio longiore & anguſtiore. *Vail. act.* 1720. *p.* 406.

Chryſanthemum americanum perenne, caule alato, folio anguſto glabro. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 24. *ſ.* 6. *t.* 6. *f.* 74.

Aſter floridanus aureus, caule alato: ſumma parte brachiato, petalorum apicibus profunde crenatis. *Pluk. amalth.* 43. *t.* 372. *f.* 4.

Aſter luteus alatus. *Cornut. canad.* 62. *t.* 63.

Habitat in *Canada*, *Florida.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

VERBE-

VERBESINA.

1. VERBESINA foliis decurrentibus undulatis obtuſis. *Hort. cliff.* 411.
Cannabina indica, foliis integris, alato caule. *Magn. hort.* 40. *t.* 40.
Chryſanthemum americanum, alato caule &c. *Comm. hort.* 1. *p.* 5. *t.* 3. *Herm. parad.* 125. *t.* 125. *Volk. norib.* 106. *t.* 106.
Habitat in *Curaſſao* aliisque Americes provinciis.
Hoſpitatur in *Caldario*, biennis, perennisque.

SIGESBECKIA.

1. SIGESBECKIA. *Hort. cliff.* 412. *t.* 23.
Bidenti ſimilis, foliis latiſſimis ſerratis. *Buxb. cent.* 3. *p.* 29. *t.* 52.
Cichorio affinis Lampſana ſinica, menthaſtri foliis, calyce fimbriato hiſpido. *Pluk. amalth.* 58. *t.* 380. *f.* 2.
Habitat juxta pagos *Chinæ*, & *Mediæ*.
Hoſpitatur in *Caldario*, ubi nimis luxuriat & ſe ipſam ſerit, annua.
Obſ. Folia *noctu reflectuntur petiolo tamen rigidiuſculo facto, nec laxitate pendula.* Calycis *exterioris ſeu involucri folia paucula, plana primo ſunt, ſed longitudinaliter revolvuntur ad latera, hinc teretia evadunt atque & viſcida viſuntur. Totus Calyx hiſpidus eſt pilis patulis apice glandulofis liquorem viſcidum ſecernentibus; ex his motus ſeminum in manu dependet.*

TAGETES.

1. TAGETES caule ſubdiviſo diffuſo. *Hort. cliff.* 418.
Tanacetum africanum ſeu Flos africanus minor. *Baub. pin.* 132.
Flos africanus. *Dod. pempt.* 255.
β. Tagetes indicus minor, multiplicato flore. *Tournef. inſt.* 488.
γ. Tagetes minor, flore fulvo maculato. *Dill. elth.* 373. *t.* 279. *f.* 361.
Svecis Sammetsroſor.
Habitat in *Mexico.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. TAGETES caule ſimplici erecto, pedunculis nudis unifloris. *Hort. cliff.* 418.
Tanacetum africanum majus, ſimplici flore. *Baub. pin.* 133.

Caryo-

Caryophyllus indicus. *Cam. epit.* 406.

β. Tagetes indicus, flore ſimplici fiſtuloſo. *Tournef. inſt.* 488.

Caryophyllus mexicanus, fiſtuloſo flore, ſimplex. *Col. ecphr.* 2. *p.* 47. *t.* 46. *f.* 1.

γ. Tagetes indicus, flore fiſtuloſo duplicato. *Tournef. inſt.* 488.

Caryophyllus mexicanus alter polyanthos, fiſtuloſo flore. *Col. ecphr.* 2. *p.* 48. *t.* 46.

δ. Tagetes maximus rectus, flore maximo multiplicato. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 100.

Othonna major polyanthos. *Lob. ic.* 713.

Habitat in *Mexico.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

HELIANTHUS.

1. HELIANTHUS radice annua. *Virid. cliff.* 88.

Corona ſolis. *Tabern. ic* 763.

Helenium indicum maximum. *Baub. pin.* 276.

Herba maxima. *Dod. pempt.* 264.

Chryſis. *Reneal. ſpec.* 84. *t.* 83.

β. Corona ſolis maxima, flore pleno aureo. *Boerh. lugdb.* 1. *p* 102.

Svecis Solblomma.

Habitat in *Peru*, *Mexico.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2 HELIANTHUS radice tereti inflexa perenni. *Hort. cliff.* 419.

Corona ſolis perennis & vulgaris. *Vaill. act.* 1720. *p.* 432.

Corona ſolis minor, fœmina. *Tabern. ic.* 764.

Helinium indicum ramoſum. *Baub. pin.* 277.

Habitat in *America.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, non nunquam tamen hyemes ferens *ſub dio*, perennis.

3. HELIANTHUS radice tuberoſa. *Hort. cliff.* 419.

Corona ſolis, parvo flore, tuberoſa radice. *Tournef. inſt.* 489.

Hele-

Helenium indicum tuberoſum. *Bauh. pin.* 277.
Chryſanthemum latifolium braſilianum. *Bauh. prodr.* 70.
Svecis Jord-årtſkåcker.
Habitat in *Canada.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, ſed vix unquam heic floret.

RUDBECKIA.

1. RUDBECKIA foliis compoſitis laciniatis. *Virid. cliff.* 88. *Gron. virg.* 180.
Rudbeckia foliis compoſitis. *Hort. cliff.* 420.
Obeliſcotheca hydrophylli folio: lobis latioribus. *Vaill. act.* 1720. *p.* 426.
Chryſanthemum americanum perenne, foliis diviſis dilutius virentibus, majus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 22. *ſ.* 6. *t.* 6. *f.* 53.
Aconitum helianthemum canadenſe. *Corn. canad.* 178. *t.* 179.
Habitat in *Canada* & *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

2. RUDBECKIA foliis inferioribus trilobis: ſuperibus indiviſis.
Rudbeckia foliis trilobis. *Gron. virg.* 180.
Obeliſcotheca trifido folio. *Vaill. act.* 1720. *p.* 426.
Chryſanthemum cannabinum virginianum hirſutum diſco magno: petalis aureis radiato. *Pluk. alm.* 100. *t.* 22. *f.* 2.
Chryſanthemum annuum majus virginianum, foliis laciniatis & hirſutis, umbone nigricante. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 19. *n.* 37.

β. Rudbeckia foliis lanceolato-ovatis alternis indiviſis, petalis radii integris. *Gron. virg.* 181.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, ſed cum ſemina non maturet, periit biennis.
Deſc. Radix *biennis altero anno cauleſcens.* Caulis *hirſutus ramis alternis ramoſiſſimis.* Folia *ſcabra ſerrata: infima caulis triloba, reliqua ramorum & caulis ſuperioris lanceolata ſeſſilia.* Flores *numeroſi terminales diſco luteo ſed ob paleas purpureo-fuſcas obſcuro; radius luteus. Dum flores erumpunt* Folia *triloba ſ. caulina marceſcunt. altitudo pedis* 1 *vel* 2.

COREOPSIS.

1. COREOPSIS foliis ternatis.

Rud-

Rudbeckia foliis compoſitis integris. *Roy. lugdb.* 181.

Ceratocephalus virginianus, tripteris foliis lævibus, flore luteo radiato, *Vaill. act.* 1720. *p.* 227.

Chryſanthemum virginianum, folio acutiore lævi trifoliato ſeu anagyridis folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 21. *ſ.* 6. *t.* 3. *f.* 4. *Raj. ſuppl.* 215.

Habitat in *Virginia.*

Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, perennis.

Deſc. Radix *vivax.* Caulis *humanæ altitudinis lævis glaber articulatus.* Folia *oppoſita ternata glabra, foliolis lanceolatis ſeſſilibus, introrſum anguſtioribus ad baſin.*

2. COREOPSIS foliis lanceolatis ſerratis alternis petiolis decurrentibus, caule erecto.

Coreopſis foliis ſerratis. *Roy. lugdb.* 181.

Corona ſolis altiſſima, caule alato. *Tournef. inſt.* 462.

Ceratocephaloides altiſſima longifolia. *Vaill. act.* 1720. *p.* 328.

Chryſanthemum virginianum, alato caule, bidens altiſſimum, folio aſpero, flore minore ſerotino. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 25. *ſ.* 6. *t.* 7. *f.* 75. *mala.*

Habitat in *Virginia.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, & *ſub dio*, perennis.

Obſ. Flores *conferti ad apicem caulis, radius quinqueflorus emarginatus.*

CENTAUREA.

1. CENTAUREA calycibus ſerratis, foliis lanceolatis integerrimis decurrentibus. *Hort cliff.* 422. *n.* 19.

Cyanus montanus latifolius, ſeu Verbaſculum cyanoides. *Bauh. pin.* 273.

Cyanus major. *Dod. pempt.* 251. *Lob. ic.* 548.

Habitat in Alpibus *Helveticis.*

Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, perennis

2. CENTAUREA calycibus ciliatis: ciliis ſetaceis reflexis. *Hort. cliff.* 422. *n* 12.

Jacea latifolia, capite hirſuto. *Bauh. pin.* 271.

Jacea cum ſquamis pinnatis ſeu capite villoſo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 29.

Jacea 4. auſtriaca, villoſo capite. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 7.

Habitat in *Helvetia* & *Auſtria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, perennis,

3. CENTAUREA calycibus ciliatis, foliis pinnatis glabris: foliolis lanceolatis integerrimis.

Jacea flore luteo, folio laciniato ſerrato, calycis ſquamis obtuſis. *Hall. gott.* 79.

Jacea laciniata, flore luteo magno, ſquamis calycum ciliaribus ſplendentibus. *Gerb. tanais.* 172.

Habitat in deſerto ad *Tanaim* circa nova *Pauloſka.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Deſc. Caules *bipedales duriuſculi ramoſi ſulcati.* Folia *pinnata non decurrentia glabra, foliolis lineari-lanceolatis integerrimis acutis decurrentibus in petiolo: inferiobus minoribus*: Calyces *ſquamis ovatis membranaceis concavis ciliatis luteis.* Corollæ *luteæ.*

4. CENTAUREA calycibus inermibus: ſquamis lineari-ſubulatis, foliis pinnatis ſerratis. *Hort. cliff.* 420. *n* 1.

Chondrilla foliis laciniatis ſerratis, purpuraſcente flore. *Bauh. pin.* 130.

Centaureum ciliare annuum, foliis laciniatis & ſerratis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 131. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 3.

Senecio-Carduus apulus. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 32. *t.* 34.

Crupina belgarum. *Rupp. jen.* 148.

Habitat in *Hetruriæ* & *Galliæ Narbonenſis* editioribus.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. Semina *in terra pulchre repunt ejusque rimas intrant.*

5. CENTAUREA calycibus inermibus ſubrotundis glabris: ſquamis ovatis, foliis ſinuatis. *Hort. cliff.* 421.

Cyanus floridus odoratus turcicus ſeu orientalis major, flore luteo. *Tournef. inſt.* 441.

Cyanus orientalis major, foliis magis diſſectis, flore luteo ex aleppo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 135. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 9.

β. Cyanus floridus odoratus turcicus, ſeu orientalis major, flore albo. *Tournef. inſt.* 441.

γ. Cyanus orientalis major moſchatus, flore purpureo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 135. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 5.

Amberboi flore purpureo odorato. *Vaill. act.* 1718. *p.* 230.

Habitat in arvis *Conſtantinopolitanis* inque deſerto *Nagaico Tatariæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

6. CENTAUREA calycibus ſquamoſis, foliis tomentoſis:

toſis: radicalibus lanceolatis; caulinis pinnati-fidis, caule ſimplici. *Roy. lugdb.* 142.

Jacea montana incana, capite pini. *Bauh. pin.* 272.

Jacea montana, capite magno ſtrobili. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 30.

Chamæleon non aculeatus. *Lob. ic.* 7.

Habitat in ſaxoſis glareoſis *Monſpelii.*

Hoſpitatur in variis locis, vix umquam florens.

7. CENTAUREA calycibus palmato-ſpinoſis: ſetis æqualibus, foliis decurrentibus ſinuatis ſpinuloſis. *Roy. lugdb.* 141.

Jacea cyanoides altera, alato caule. *Herm. parad.* 189. *t.* 189.*

Jacea peregrina napifolia, echinatis capitulis, caule alato. *Pluk. alm.* 192. *t.* 94. *f.* 2. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 144. *ſ.* 7. *t.* 26. *f* 20.

Carduus creticus, rapi folio. *Tournef. inſt.* 442.

Habitat in *Creta.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. Folia radicalia *lyrata ovata dentata rugoſa:* Caulina *lanceolata integerrima, decurrentia*, *margine per* caulem *hinc inde aculeato.* Corollæ *rubræ.* Calyces *nudi pectinati aculeis palmatis* ex 7 *dentibus ſubæqualibus.* Capitula *parva ovata.*

8. CENTAUREA calycibus duplicato-ſpinoſis lanatis, foliis ſemidecurrentibus integris ſinuatisque.

Centaurea calycibus duplicato-ſpinoſis, foliis decurrentibus integris. *Hort. cliff.* 423.

Carduus luſitanicus caneſcens, alato caule, capite lanuginoſo. *Tournef. inſt.* 441.

Calcitrapa lutea, alato caule, capite eriophoro. *Vaill. act.* 1718. *p.* 212.

Habitat in *Luſitania.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua, rarius ſemina perficit.

Obſ. Folia radicalia *alternatim & extrorſum ſinuata; caulina decurrentia, ſed non totaliter ad proximum folium in caule; ſæpe vero totaliter in ramis & altero margine longius decurrit folium, altero brevius; ſuperiora folia integra.* Calycis *ſpinæ longitudine calycis, fuſcæ apice flavæ, baſi utrinque ſpinuloſæ ad latera & tela arenacea tectæ.* Pedunculi *folioſi, hinc flores quaſi ſeſſiles.* Flores *lutei.*

9. CENTAUREA calycibus duplicato ſpinoſis, foliis decurrentibus inermibus lanceolatis: radicalibus haſtato-pinnatis. *Hort. cliff.* 423. *n.* 21.

Carduus

Carduus ſtellatus luteus, foliis cyani. *Bauh. pin.* 387.
Leucacantha quorundam. *Dalech. hiſt.* 423.
Spina ſolſtitialis. *Dod. pempt.* 734.

Habitat *Monſpelii, Florentiæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſc. Radix *fibroſa.* Caulis *bipedalis ramoſus patulus.* Folia *in ramis & caule lanceolata integerrima brevia decurrentia undulata villo albo araneaceo adſperſa.* Folia radicalia *haſtata pinnata ſeu pinnata pinnis lateralibus lanceolatis dentatis; terminali vero pinnata triangulari haſtata. Extimis ramis:* Flores *flavi inſident capitulis ovatis ſolitariis, quorum ſquamæ baſin capituli cingentes armantur ſpinis palmatis breviſſimis ſubæqualibus, reliquæ vero ſquamæ gerunt ſpinas ſubulatas flavas, longitudine capituli, baſi utrinque ſpinulis parvis armatas.*

10. CENTAUREA calycibus duplicato ſpinoſis, foliis lanceolatis ſubdentatis, capitulis ſubſeſſilibus lateralibus.

Habitat in *Europa* frequens.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſc. Radix *fibroſa.* Caulis *pedalis debilis ſæpe decumbens.* Folia *omnia lanceolata, inferiora obtuſiora, pilis ſcabra, non tamen tomentoſa, decurrentia: ala ſuperne latiore undulata.* Capitula *ſubſeſſilia ad latera, ovata, parva.* Flores *minimi lutei. Spinæ reflexæ albidæ baſi lateribus ſpinoſæ.* Corollæ radii *non ſunt diſci floſculis longiores, hinc corolla compoſita breviſſima.*

POLYGAMIA NECESSARIA.

OTHONNA.

1. OTHONNA foliis ſubcordatis, caule ſubnudo ſimpliciſſimo.

Jacobæaſtrum cacaliæ folio. *Amm. rhut.* 221. *t.* 24.

Habitat in *Sibiria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. Calyces *ad baſin usque multipartiti erecti.* Corollæ *radius eſt femineus, diſcus vero hermaphroditus.* Folia *Calthæ.*

2. OTHONNA foliis pinnatifidis tomentoſis: laciniis ſinuatis, caule fruticoſo.

Solidago foliis pinnatifidis: laciniis ſinuatis, corymbis racemoſis. *Hort. cliff.* 410.
Jacobæa maritima. *Bauh. pin.* 131.
Cineraria. *Dod. pempt.* 642.

Habitat ad littora *Maris inferi.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, ſuffrutex.
Obſ. *Licet* Calyx *polyphyllus ſit, debet tamen* planta *genus Othonnæ intrare cum deſtituatur ad baſin calyculo.*

CALENDULA.

* CALENDULA ſeminibus radii cymbiformibus echinatis, diſci bicornibus. *Hort. cliff.* 425. *Fl. ſvec.* 712.

β. Caltha vulgaris. *Bauh. pin.* 275.

γ. Caltha flore pleno. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 101.

Caltha polyanthos major. *Bauh. pin.* 275.

δ. Caltha prolifera, majoribus ſeu minoribus floribus. *Bauh. pin.* 276.

Calendula prolifera 1. 2. *Tabern. hiſt.* 712.

Svecis. Ringblomma.

Habitat in *Europa.*

Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, annua.

2. CALENDULA foliis lanceolatis denticulatis, pedunculis filiformibus.

Calendula foliis dentatis. *Roy. lugdb.* 177.

Calendula humilis africana, flore intus albo: foris violaceo ſimplici. *Herm. lugdb.* 104. *t.* 105. *Stiſſ. bot.* 59. *t.* 59.

Calendula africana procumbens, flore minore. *Herm. afric.* 5.

Dimorphotheca foliis inciſis, ovariis minoribus. *Vaill. act.* 1720. *p.* 361.

Svecis Dag och Natt.

Habitat ad *Caput bonæ ſpei.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

3. CALENDULA foliis lanceolatis dentatis, pedunculis ſuperne incraſſatis.

Calendula foliis radicalibus ſinuatis, caulinis ſuperne denticulatis. *Roy. lugdb.* 177.

Cardiſpermum africanum pubeſcens, foliis inciſis, parvo flore. *Trant. act. pariſ.* 1724. *p.* 39. *t.* 2.

Calendula africana erecta, flore minore. *Herm. afric.* 5.

Habitat in *Æthiopia.*

Hoſpitatur in *Tepidario*, & *Vaporario*, annua.

OSTEOSPERMUM.

1. OSTEOSPERMUM foliis oppoſitis palmatis. *Hort. cliff.* 424. *Gron. virg.* 106.

Uvedalia virginiana, platani folio molli. *Pet. muſ.* 78. *n.* 800.

Moni-

Monilifera latiſſimis anguloſis foliis. *Vaill. act.* 1720. *p.* 374.

Chryſanthemum perenne virginianum majus, platani orientalis folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 22. *ſ.* 6. *t.* 7. *f.* 55.

Chryſanthemum, anguloſis platani foliis, virginianum. *Pluk. alm.* 99. *t.* 83. *f.* 3.

Habitat in *Virginia.*

Hoſpitatur in *Tepidario*; & *Frigidario*, perennis.

ARCTOTIS.

1. ARCTOTIS foliis pinnato-ſinuatis: laciniis oblongis dentatis. *Hort. cliff.* 412.

Arctotheca jacobææ folio, radiis florum intus luteis, extus purpureis. *Vaill. act.* 1720. *p.* 428.

Anemonoſpermos africana, foliis cardui benedicti, florum radiis intus ſulphureis. *Comm. hort.* 2. *p.* 43. *t.* 22.

Habitat ad *Caput bonæ ſpei.*

Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis.

MILLERIA.

1. MILLERIA foliis ovatis, pedunculis ſimpliciſſimis confertis. *Hort. cliff.* 425. *t.* 25.

Milleria annua erecta minor, foliis parietariæ, floribus ex foliorum alis. *Mart. cent.* 47. *t.* 47. *f.* 1.

Habitat in *Campechia.*

Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

MICROPUS.

1. MICROPUS. *Roy. lugdb.* 145.

Gnaphalodes luſitanica. *Tournef. inſt.* 439.

Gnaphalium ſupinum, echinato ſemine. *Griſl. luſ.* 26. *Pluk. alm.* 171. *t.* 187. *f.* 6. *Raj. ſuppl.* 191.

Pſeudo-Gnaphalium ſupinum, ſemine echinato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 93.

Habitat in *Luſitaniæ* maritimis.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

MONOGAMIA.

LOBELIA.

1. LOBELIA caule erecto, foliis lanceolatis ſerratis, ſpica terminali. *Hort. cliff.* 426. *Gron. virg.* 107.
Rapuntium galeatum virginianum ſeu americanum, coccineo flore majore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 466. *ſ.* 5. *t.* 5. *f.* 54.
Rapuntium maximum, coccineo ſpicato flore. *Hern. mex.* 879. *t.* 880.
Cardinalis Rivini. *Rupp. jen.* 1. *p.* 201.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

2. LOBELIA caule erecto, foliis ovatis ſubſerratis pedunculo longioribus, capſulis inflatis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 23. *t.* 1.
Lobelia caule erecto brachiato, foliis ovato-lanceolatis obſolete inciſis, capſulis inflatis. *Hort. cliff.* 500.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur in *vaporariis*, annua.

VIOLA.

*. VIOLA acaulis, ſtolonibus teretibus reptantibus, pedunculis radicalibus. *Hort. cliff.* 427. *Fl. ſvec.* 715.
β. Viola martia multiplici flore. *Bauh. pin.* 199. purpureo. *Tourneſ. inſt.* 419.
Viola purpurea. *Cam. epit.* 910. *f. a.*
Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

*. VIOLA foliis oblongis inciſis, ſtipulis dentatis, caule diffuſo. *Fl. ſvec.* 721.
β. Viola hortenſis repens, flore violaceo holoſericeo purpureo & aureo. *Herm. lugdb.* 628.
Viola tricolor hortenſis repens, flore nigro purpureo & inſtar holoſerici nitente. *Tourneſ. inſt.* 421.
Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, annua.

IMPATIENS.

1. IMPATIENS pedunculis unifloris aggregatis, foliis lanceolatis, nectariis flore brevioribus.

Impa-

Impatiens pedunculis confertis unifloris. *Hort. cliff.* 428.

Balſamina fœmina. *Bauh. pin.* 306.

Balſamina. *Dod. pempt.* 671.

β. Balſamina fœmina flore candido. *Tournef. inſt.* 448.

γ. Balſamina fœmina flore partim candido partim rubro. *Tournef. inſt.* 448.

δ. Balſamina flore majore ſpecioſo. *Tournef. inſt.* 448.

Habitat in *Zeylona.*

